τί τάδε, δυνάστα, δυναστείᾳ περὶ τᾷ σᾷ
διδύμα δι᾽ ἀγοῖν δἠ᾽μαρτία;
πᾶσαι γὰρ τᾷδ᾽
ἐξέφθινθ᾽ αἱ τρίσκαλμοι
νᾶες ἄναες, ἄναες.

ΔΑΡΕΙΟΣ.

ὦ πιστὰ πιστῶν ἥλικές θ᾽ ἥβης ἐμῆς
Πέρσαι γεραιοί, τίνα πόλις πονεῖ πόνον;

ϲτένει, κέκοπται καὶ χαράϲϲεται πέδον·
λεύϲϲων δ' ἄκοιτιν τὴν ἐμὴν τάφου πέλαϲ
ταρβῶ, χοὰϲ δὲ πρευμενὴϲ ἐδεξάμην.
ὑμεῖϲ δὲ θρηνεῖτ' ἐγγὺϲ ἑϲτῶτεϲ τάφου
καὶ ψυχαγωγοῖϲ ὀρθιάζοντεϲ γόοιϲ
οἰκτρῶϲ καλεῖϲθέ μ'. ἐϲτὶ δ' οὐκ εὐέξοδον,
ἄλλωϲ τε πάντωϲ χοἰ κατὰ χθονὸϲ θεοὶ
λαβεῖν ἀμείνουϲ εἰϲὶν ἢ μεθιέναι.
ὅμωϲ δ' ἐκείνοιϲ ἐνδυναϲτεύϲαϲ ἐγὼ
ἥκω. τάχυνε δ', ὡϲ ἄμεμπτοϲ ὦ χρόνου.
τί δ' ἐϲτὶ Πέρϲαιϲ νεοχμὸν ἐμβριθὲϲ κακόν;

ϲτρ.

ΧΟ. ϲέβομαι μὲν προϲιδέϲθαι, ϲέβομαι δ' ἀντία λέξαι
ϲέθεν ἀρχαίῳ περὶ τάρβει.

ΔΑ. ἀλλ' ἐπεὶ κάτωθεν ἦλθον ϲοῖϲ γόοιϲ πεπειϲμένοϲ,
μή τι μακιϲτῆρα μῦθον, ἀλλὰ ϲύντομον λέγων
εἰπὲ καὶ πέραινε πάντα, τὴν ἐμὴν αἰδῶ μεθείϲ.

ἀντ.

ΧΟ. δίεμαι μὲν χαρίϲαϲθαι, δίεμαι δ' ἀντία φάϲθαι
λέξαϲ δύϲλεκτα φίλοιϲιν.

ΔΑ. ἀλλ' ἐπεὶ δέοϲ παλαιὸν ϲοὶ φρενῶν ἀνθίϲταται,
τῶν ἐμῶν λέκτρων γεραιὰ ξύννομ', εὐγενὲϲ γύναι,
κλαυμάτων λήξαϲα τῶνδε καὶ γόων ϲαφέϲ τί μοι
λέξον. ἀνθρώπεια δ' ἄν τοι πήματ' ἂν τύχοι βροτοῖϲ.
πολλὰ μὲν γὰρ ἐκ θαλάϲϲηϲ, πολλὰ δ' ἐκ χέρϲου κακὰ
γίγνεται θνητοῖϲ, ὁ μάϲϲων βίοτοϲ ἢν ταθῇ πρόϲω.
ΑΤ. ὦ βροτῶν πάντων ὑπερϲχὼν ὄλβον εὐτυχεῖ πότμῳ,
ὡϲ ἕωϲ τ' ἔλευϲϲεϲ αὐγὰϲ ἡλίου, ζηλωτὸϲ ὢν
βίοτον εὐαίωνα Πέρϲαιϲ ὡϲ θεὸϲ διήγαγεϲ,
νῦν τέ ϲε ζηλῶ θανόντα, πρὶν κακῶν ἰδεῖν βάθοϲ.
πάντα γάρ, Δαρεῖ' ἀκούϲῃ μῦθον ἐν βραχεῖ χρόνῳ·
διαπεπόρθηται τὰ Περϲῶν πράγμαθ', ὡϲ εἰπεῖν ἔποϲ.
ΔΑ. τίνι τρόπῳ; λοιμοῦ τιϲ ἦλθε ϲκηπτόϲ, ἢ ϲτάϲιϲ πόλει;

ΑΤ. οὐδαμῶϲ· ἀλλ᾽ ἀμφ᾽ Ἀθήναϲ πᾶϲ κατέφθαρται ϲτρατόϲ.
ΔΑ. τίϲ δ᾽ ἐμῶν ἐκεῖϲε παίδων ἐϲτρατηλάτει; φράϲον.
ΑΤ. θούριοϲ Ξέρξηϲ, κενώϲαϲ πᾶϲαν ἠπείρου πλάκα.
ΔΑ. πεζὸϲ ἢ ναύτηϲ δὲ πεῖραν τῆνδ᾽ ἐμώρανεν τάλαϲ;
ΑΤ. ἀμφότερα· διπλοῦν μέτωπον ἦν δυοῖν ϲτρατηλάτοιν.
ΔΑ. πῶϲ δὲ καὶ ϲτρατὸϲ τοϲόϲδε πεζὸϲ ἤνυϲεν περᾶν;
ΑΤ. μηχαναῖϲ ἔζευξεν Ἕλληϲ πορθμὸν, ὥϲτ᾽ ἔχειν πόρον.
ΔΑ. καὶ τόδ᾽ ἐξέπραξεν, ὥϲτε Βόϲπορον κλῇϲαι μέγαν;
ΑΤ. ὧδ᾽ ἔχει· γνώμηϲ δέ πού τιϲ δαιμόνων ξυνήψατο.
ΔΑ. φεῦ, μέγαϲ τιϲ ἦλθε δαίμων, ὥϲτε μὴ φρονεῖν καλῶϲ.
ΑΤ. ὡϲ ἰδεῖν τέλοϲ πάρεϲτιν, οἷον ἤνυϲεν κακόν.
ΔΑ. καὶ τί δὴ πράξαϲιν αὐτοῖϲ ὧδ᾽ ἐπιϲτενάζετε;
ΑΤ. ναυτικὸϲ ϲτρατὸϲ κακωθεὶϲ πεζὸν ὤλεϲε ϲτρατόν.
ΔΑ. ὧδε παμπήδην δὲ λαὸϲ πᾶϲ κατέφθαρται δορί;
ΑΤ. πρὸϲ τάδ᾽ ὡϲ Ϲούϲων μὲν ἄϲτυ πᾶν κενανδρίαν ϲτένει.
ΔΑ. ὢ πόποι κεδνῆϲ ἀρωγῆϲ κἀπικουρίαϲ ϲτρατοῦ.
ΑΤ. Βακτρίων δ᾽ ἔρρει πανώληϲ δῆμοϲ, οὐδέ τιϲ Γαβῶν.
ΔΑ. ὢ μέλεοϲ, οἷαν ἄρ᾽ ἥβην ξυμμάχων ἀπώλεϲεν.
ΑΤ. μονάδα δὲ Ξέρξην ἔρημόν φαϲιν οὐ πολλῶν μέτα
ΔΑ. πῶϲ τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾶν; ἔϲτι τιϲ ϲωτηρία;
ΑΤ. ἄϲμενον μολεῖν γεφύραιν ἐν δυοῖν ζευκτηρίοιν.
ΔΑ. καὶ πρὸϲ ἤπειρον ϲεϲῶϲθαι τῆνδε, τοῦτ᾽ ἐτήτυμον;
ΑΤ. ναί, λόγοϲ κρατεῖ ϲαφηνήϲ. τοῦτό γ᾽ οὐκ ἔνι ϲτάϲιϲ.
ΔΑ. φεῦ, ταχεῖά γ᾽ ἦλθε χρηϲμῶν πρᾶξιϲ, ἐϲ δὲ παῖδ᾽ ἐμὸν
Ζεὺϲ ἐπέϲκηψεν τελευτὴν θεϲφάτων· ἐγὼ δέ που
διὰ μακροῦ χρόνου τάδ᾽ ηὔχουν ἐκτελευτήϲειν θεούϲ·
ἀλλ᾽ ὅταν ϲπεύδῃ τιϲ αὐτὸϲ, χὠ θεὸϲ ϲυνάπτεται.
νῦν κακῶν ἔοικε πηγὴ πᾶϲιν εὑρῆϲθαι φίλοιϲ.
παῖϲ δ᾽ ἐμὸϲ τάδ᾽ οὐ κατειδὼϲ ἤνυϲεν νέῳ θράϲει·
ὅϲτιϲ Ἑλλήϲποντον ἱρὸν δοῦλον ὣϲ δεϲμώμαϲιν
ἤλπιϲε ϲχήϲειν ῥέοντα, Βόϲπορον ῥόον θεοῦ,
καὶ πόρον μετερρύθμιζε, καὶ πέδαιϲ ϲφυρηλάτοιϲ
περιβαλὼν πολλὴν κέλευθον ἤνυϲεν πολλῷ ϲτρατῷ,
θνητὸϲ ὤν, θεῶν δὲ πάντων ᾤετ᾽, οὐκ εὐβουλίᾳ,

καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν. πῶς τάδ' οὐ νόσος φρενῶν
εἶχε παῖδ' ἐμόν; δέδοικα μὴ πολὺς πλούτου πόρος
οὑμὸς ἀνθρώποις γένηται τοῦ φθάσαντος ἁρπαγή.

ΑΤ. ταῦτα τοῖς κακοῖς ὁμιλῶν ἀνδράσιν διδάσκεται
θούριος Ξέρξης· λέγουσι δ' ὡς σὺ μὲν μέγαν τέκνοις
πλοῦτον ἐκτήσω σὺν αἰχμῇ, τὸν δ' ἀνανδρίας ὕπο
ἔνδον αἰχμάζειν, πατρῷον δ' ὄλβον οὐδὲν αὐξάνειν.
τοιάδ' ἐξ ἀνδρῶν ὀνείδη πολλάκις κλύων κακῶν
τήνδ' ἐβούλευσεν κέλευθον καὶ στράτευμ' ἐφ' Ἑλλάδα.

ΔΑ. τοιγάρ σφιν ἔργον ἐστὶν ἐξειργασμένον
μέγιστον, ἀείμνηστον, οἷον οὐδέπω
τόδ' ἄστυ Σούσων ἐξεκίνυσσεν πέσος,
ἐξ οὔτε τιμὴν Ζεὺς ἄναξ τήνδ' ὤπασεν,
ἕν' ἄνδρ' ἁπάσης Ἀσίδος μηλοτρόφου
ταγεῖν, ἔχοντα σκῆπτρον εὐθυντήριον.
Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν στρατοῦ·
ἄλλος δ' ἐκείνου παῖς τόδ' ἔργον ἤνυσεν.
φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν οἰακοστρόφουν.
τρίτος δ' ἀπ' αὐτοῦ Κῦρος, εὐδαίμων ἀνήρ,
ἄρξας ἔθηκε πᾶσιν εἰρήνην φίλοις·
Λυδῶν δὲ λαὸν καὶ Φρυγῶν ἐκτήσατο,
Ἰωνίαν τε πᾶσαν ἤλασεν βίᾳ.
θεὸς γὰρ οὐκ ἤχθηρεν, ὡς εὔφρων ἔφυ.
Κύρου δὲ παῖς τέταρτος ἴθυνε στρατόν.
πέμπτος δὲ Μάρδος ἦρξεν, αἰσχύνη πάτρᾳ
θρόνοισί τ' ἀρχαίοισι. τὸν δὲ σὺν δόλῳ
Ἀρταφρένης ἔκτεινεν ἐσθλὸς ἐν δόμοις
ξὺν ἀνδράσιν φίλοισιν, οἷς τόδ' ἦν χρέος
ἕκτος δὲ Μάραφις, ἕβδομος Ἀρταφρένης
κἀγὼ πάλου δὴ'κυρσα τοῦπερ ἤθελον,
κἀπεστράτευσα πολλὰ σὺν πολλῷ στρατῷ·
ἀλλ' οὐ κακὸν τοσόνδε προσέβαλον πόλει.
Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς νέος ὢν νέα φρονεῖ,
κοὐ μνημονεύει τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς.

εὖ γὰρ caφῶc τόδ᾽ ἴcτ᾽, ἐμοὶ ξυνήλικεc,
ἅπαντεc ἡμεῖc, οἳ κράτη τάδ᾽ ἔcχομεν,
οὐκ ἂν φανεῖμεν πήματ᾽ ἔρξαντεc τόcα.
ΧΟ. τί οὖν, ἄναξ Δαρεῖε, ποῖ καταcτρέφειc
λόγων τελευτήν; πῶc ἂν ἐκ τούτων ἔτι
πράccοιμεν ὡc ἄριcτα Περcικὸc λεώc;
ΔΑ. εἰ μὴ cτρατεύοιcθ᾽ ἐc τὸν Ἑλλήνων τόπον,
μηδ᾽ εἰ cτράτευμα πλεῖον ᾖ τὸ Μηδικόν.
αὐτὴ γὰρ ἡ γῆ ξύμμαχοc κείνοιc πέλει.
ΧΟ. πῶc τοῦτ᾽ ἔλεξαc; τίνι τρόπῳ δὲ cυμμαχεῖ;
ΔΑ. κτείνουcα λιμῷ τοὺc ὑπερπόλλουc ἄγαν.
ΧΟ. ἀλλ᾽ εὐcταλῆ τοι λεκτὸν ἀροῦμεν cτόλον.
ΔΑ. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὁ μείναc νῦν ἐν Ἑλλάδοc τόποιc
cτρατὸc κυρήcει νοcτίμου cωτηρίαc.
ΧΟ. πῶc εἶπαc; οὐ γὰρ πᾶν cτράτευμα βαρβάρων
περᾷ τὸν Ἕλληc πορθμὸν Εὐρώπηc ἄπο;
ΔΑ. παῦροί γε πολλῶν, εἴ τι πιcτεῦcαι θεῶν
χρὴ θεcφάτοιcιν, ἐc τὰ νῦν πεπραγμένα
βλέψαντα. cυμβαίνει γὰρ οὐ τὰ μέν, τὰ δ᾽ οὔ.
κεἴπερ τάδ᾽ ἐcτί, πλῆθοc ἔκκριτον cτρατοῦ
λείπει κεναῖcιν ἐλπίcιν πεπειcμένοc.
μίμνουcι δ᾽ ἔνθα πεδίον Ἀcωπὸc ῥοαῖc
ἄρδει, φίλον πίαcμα Βοιωτῶν χθονί·
οὗ cφιν κακῶν ὕψιcτ᾽ ἐπαμμένει παθεῖν,
ὕβρεωc ἄποινα κἀθέων φρονημάτων,
οἳ γῆν μολόντεc Ἑλλάδ᾽ οὐ θεῶν βρέτη
ᾐδοῦντο cυλᾶν οὐδὲ πιμπράναι νεώc·
βωμοὶ δ᾽ ἄιcτοι, δαιμόνων θ᾽ ἱδρύματα
πρόρριζα φύρδην ἐξανέcτραπται βάθρων.
τοιγὰρ κακῶc δράcαντεc οὐκ ἐλάccονα
πάcχουcι, τὰ δὲ μέλλουcι, κοὐδέπω κακῶν
κρηπὶc ὕπεcτιν, ἀλλ᾽ ἔτ᾽ ἐκπιδύεται.
τόcοc γὰρ ἔcται πελανὸc αἱματοcφαγὴc
πρὸc γῇ Πλαταιῶν Δωρίαc λόγχηc ὕπο·

θῖνες νεκρῶν δὲ καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ
ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασιν βροτῶν,
ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν.
ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ᾽ ἐκάρπωσε στάχυν
ἄτης, ὅθεν πάγκλαυτον ἐξαμᾷ θέρος.
τοιαῦθ᾽ ὁρῶντες τῶνδε τἀπιτίμια
μέμνησθ᾽ Ἀθηνῶν Ἑλλάδος τε, μηδέ τις
ὑπερφρονήσας τὸν παρόντα δαίμονα
ἄλλων ἐρασθεὶς ὄλβον ἐκχέῃ μέγαν.
Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν
φρονημάτων ἔπεστιν, εὔθυνος βαρύς.
πρὸς ταῦτ᾽ ἐκεῖνον, σωφρονεῖν κεχρημένοι,
πινύσκετ᾽ εὐλόγοισι νουθετήμασιν,
λῆξαι θεοβλαβοῦνθ᾽ ὑπερκόμπῳ θράσει.
σὺ δ᾽, ὦ γεραιὰ μῆτερ ἡ Ξέρξου φίλη,
ἐλθοῦσ᾽ ἐς οἴκους κόσμον ὅστις εὐπρεπὴς
λαβοῦσ᾽ ὑπαντίαζε παιδί. πάντα γὰρ
κακῶν ὑπ᾽ ἄλγους λακίδες ἀμφὶ σώματι
στημορραγοῦσι ποικίλων ἐσθημάτων.
ἀλλ᾽ αὐτὸν εὐφρόνως σὺ πράυνον λόγοις·
μόνης γάρ, οἶδα, σοῦ κλύων ἀνέξεται.
ἐγὼ δ᾽ ἄπειμι γῆς ὑπὸ ζόφον κάτω.
ὑμεῖς δέ, πρέσβεις, χαίρετ᾽, ἐν κακοῖς ὅμως
ψυχῇ διδόντες ἡδονὴν καθ᾽ ἡμέραν,
ὡς τοῖς θανοῦσι πλοῦτος οὐδὲν ὠφελεῖ.
ΧΟ. ἦ πολλὰ καὶ παρόντα καὶ μέλλοντ᾽ ἔτι
ἤλγησ᾽ ἀκούσας βαρβάροισι πήματα.
ΑΤ. ὦ δαῖμον, ὥς με πόλλ᾽ ἐσέρχεται κακὰ
ἄλγη, μάλιστα δ᾽ ἥδε συμφορὰ δάκνει,
ἀτιμίαν γε παιδὸς ἀμφὶ σώματι
ἐσθημάτων κλύουσαν, ἥ νιν ἀμπέχει.
ἀλλ᾽ εἶμι, καὶ λαβοῦσα κόσμον ἐκ δόμων
ὑπαντιᾶν ἐνωπαδὶς πειράσομαι.
οὐ γὰρ τὰ φίλτατ᾽ ἐν κακοῖς προδώσομεν.

στρ. α΄.
ΧΟ. ὢ πόποι, ἦ μεγάλας ἀγαθᾶς τε πολισσονόμου βιοτᾶς ἐπε-
κύρσαμεν,
εὖθ' ὁ γηραιὸς
πανταρκὴς ἀκάκας ἄμαχος βασιλεὺς
ἰσόθεος Δαρεῖος ἆρχε χώρας.
ἀντ. α΄.
πρῶτα μὲν εὐδοκίμους στρατιὰς ἀπεφαινόμεθ', ἠδὲ νομί-
σματα, πύργινα
πάντ', ἐπεύθυνον·
νόστοι δ' ἐκ πολέμων ἀπόνους ἀπαθεῖς
* * * εὖ πράσσοντας ἆγον οἴκους.
στρ. β΄.
ὅσσας δ' εἷλε πόλεις πόρον οὐ διαβὰς Ἅλυος ποταμοῖο,
οὐδ' ἀφ' ἑστίας συθεὶς,
οἷαι Στρυμονίου πελάγους Ἀχελωίδες εἰσὶ πάροικοι
Θρῃκίων ἐπαύλων,
ἀντ. β΄.
λίμνας τ' ἔκτοθεν αἳ κατὰ χέρσον ἐληλαμέναι πέρι πύργον,
τοῦδ' ἄνακτος ἄιον,
Ἕλλας τ' ἀμφὶ πόρον πλατὺν εἰλλόμεναι, μυχία τε Προ-
ποντὶς,
καὶ στόμωμα Πόντου.
στρ. γ΄.
νάσους θ', αἳ κατὰ πρῶχ' ἅλιον περίκλυστοι,
τᾷ δὲ γᾷ προσήμεναι,
οἷα Λέσβος, ἐλαιόφυτός τε Σάμος, Χίος,
ἠδὲ Πάρος, Νάξος, Μύκονος, Τήνῳ τε συνάπτουσ'
Ἄνδρος ἀγχιγείτων,
ἀντ. γ΄.
καὶ τὰς ἀγχιάλους ἐκράτυνε μεσάγκτους,
Λῆμνον, Ἰκάρου θ' ἕδος.
καὶ Ῥόδον, ἠδὲ Κνίδον, Κυπρίας τε πόλεις, Πάφον,
ἠδὲ Σόλους, Σαλαμῖνά τε, τᾶς νῦν ματρόπολις τῶνδ'
αἰτία στεναγμῶν,

ἐπῳδός.
καὶ τὰς εὐκτεάνους κατὰ κλῆρον Ἰαόνιον πολυάνδρους
Ἑλλάνων ἐκράτυνεν
σφετέραις φρεσὶν, ἀκάματον δὲ παρῆν σθένος ἀνδρῶν τευ-
χηστήρων
παμμίκτων τ' ἐπικούρων.
νῦν δ' οὐκ ἀμφιλόγως θεότρεπτα τάδ'
ἀμφέρομεν πάλμυσιν,
δμαθέντες μεγάλως πλαγαῖσι ποντίαισιν.

ΞΕΡΞΗΣ.

ἰώ,
δύστηνος ἐγὼ στυγερᾶς μοίρας
τῆσδε κυρήσας ἀτεκμαρτοτάτης,
ὡς ὠμοφρόνως δαίμων ἐνέβη
Περσῶν γενεᾷ· τί πάθω τλήμων;
λέλυται γὰρ ἐμῶν γυίων ῥώμη
* * * * * * * * * *
τῆνδ' ἡλικίαν ἐσιδόντ' ἀστῶν.
εἴθ' ὄφελε, Ζεῦ, κἀμὲ μετ' ἀνδρῶν
τῶν οἰχομένων
θανάτου κατὰ μοῖρα καλύψαι.
ΧΟ. ὀτοτοῖ, βασιλεῦ, στρατιᾶς ἀγαθῆς
καὶ Περσονόμου τιμῆς μεγάλης,
κόσμου τ' ἀνδρῶν,
οὓς νῦν δαίμων ἀπέκειρεν.
γᾶ δ' αἰάζει τὰν ἐγγαίαν
ἥβαν Ξέρξᾳ κταμέναν, Ἅιδου
σάκτορι Περσᾶν. ἀγδαβάται γὰρ
πολλοὶ φῶτες, χώρας ἄνθος,
τοξοδάμαντες, πάνταρφύς τις
μυριὰς ἀνδρῶν, ἐξέφθινται.
αἰαῖ αἰαῖ κεδνᾶς ἀλκᾶς.
Ἀσία δὲ χθὼν, βασιλεῦ γαίας,
αἰνῶς αἰνῶς ἐπὶ γόνυ κέκλιται.

στρ. α΄.

ΞΕ. ὅδ᾽ ἐγών, οἰοιοῖ, αἰακτὸc
μέλεοc γέννᾳ γᾷ τε πατρῴᾳ
κακὸν ἄρ᾽ ἐγενόμαν.
ΧΟ. πρόcφθογγόν coι νόcτου τὰν
κακοφάτιδα βοάν, κακομέλετον ἰὰν
Μαριανδυνοῦ θρηνητῆροc
πέμψω πολύδακρυν ἰακχάν.

ἀντ. α΄.

ΞΕ. ἵετ᾽ αἰανῆ καὶ πάνδυρτον
δύcθροον αὐδάν. δαίμων γὰρ ὅδ᾽ αὖ
μετάτροποc ἐπ᾽ ἐμοί.
ΧΟ. ἥcω τοι καὶ πάνδυρτον,
λακοπαθέα cέβων ψαλίτυπά τε βάρη,
πόλεωc γένναc πενθητῆροc.
κλάγξω δ᾽ αὖ γόον ἀρίδακρυν.

στρ. β΄.

ΞΕ. Ἰάνων γὰρ ἀπηύρα,
Ἰάνων ναύφρακτοc
Ἄρηc ἑτεραλκὴc,
νυχίαν πλάκα κερcάμενοc
δυcδαίμονά τ᾽ ἀκτάν.
ΧΟ. οἰοιοῖ βόα, καὶ πάντ᾽ ἐκπεύθου.
ποῦ δὲ φίλων ἄλλοc ὄχλοc,
ποῦ δέ coι παραcτάται,
οἷοc ἦν Φαρανδάκηc,
Coύcαc, Πελάγων,
καὶ Δατάμαc,
ἠδὲ Ψάμμιc, Coυcιcκάνηc τ᾽
Ἀγαβάτανα λιπών;

ἀντ. β΄.

ΞΕ. ὀλοοὺc ἀπέλειπον
Τυρίαc ἐκ ναὸc
ἔρροντac ἐπ᾽ ἀκταῖc

Cαλαμινιάcι cτυφελοῦ
θείνονταc ἐπ' ἀκτᾶc.

ΧΟ. οἰοῖ, ποῦ δέ cοι Φαρνοῦχοc κ * *
Ἀριόμαρδόc τ' ἀγαθὸc,
ποῦ δὲ Cευάλκηc ἄναξ,
ἢ Λίλαιοc εὐπάτωρ,
Μέμφιc, Θάρυβιc,
καὶ Μαcίcτραc,
Ἀρτεμβάρηc τ', ἠδ' Ὑcταίχμαc;
τάδε c' ἐπανερόμαν.

cτρ. γ΄.

ΞΕ. ἰὼ ἰώ μοι,
τὰc ὠλυγίουc κατιδόντεc * *
cτυγνὰc Ἀθάναc,
πάντεc ἑνὶ πιτύλῳ, ἓ ἓ ἓ *,
τλάμονεc ἀcπαίρουcι χέρcῳ.

ΧΟ. ἦ καὶ τὸν Περcᾶν αὐτοῦ
τὸν cὸν πιcτὸν πάντ' ὀφθαλμὸν
μυρία μυρία πεμπαcτὰν
Βατανώχου παῖδ' Ἄλπιcτον
* * * * * *
τοῦ Cειcάμα τοῦ Μεγαβάτα,
Πάρθον τε, μέγαν τ' Οἰβάρην
ἔλιπεc ἔλιπεc; ὦ ὦ * * * *
Δάων ἀγαυοῖc κακὰ πρόκακα λέγειc.

ἀντ. γ΄.

ΞΕ. ἴυγγά μοι δῆτ'
ἀγαθῶν ἑτάρων ὑπομιμνήcκειc,
ἄλαcτα * * *
cτυγνὰ πρόκακα λέγων. βοᾷ βοᾷ
* μελέων ἔντοcθεν ἦτορ.

ΧΟ. καὶ μὴν ἄλλουc γε ποθοῦμεν,
Μάρδων ἀνδρῶν μυριόταγον
Ξάνθιν, ἄρειόν τ' Ἀγχάρην,

Δίαιξίν τ᾽ ἠδ᾽ Ἀρσάκην
ἱππιάνακτας,
Κιγδαδάταν, καὶ Λυθίμναν,
Τόλμον τ᾽ αἰχμᾶς ἀκόρεστον.
ἔταφον, ἔταφον, οὐκ ἀμφὶ σκηναῖς
τροχηλάτοισιν ὄπιθεν ἑπόμενοι;

στρ. δ΄.

ΞΕ. βεβᾶσι γὰρ τοίπερ ἀγρέται στρατοῦ.
ΧΟ. βεβᾶσιν, οἴ, νώνυμοι.
ΞΕ. ἰὴ ἰή, ἰὼ ἰώ.
ΧΟ. ἰὼ ἰώ, δαίμονες,
ἔθεσθ᾽ ἄελπτον κακὸν
διαπρέπον, οἷον δέδορκεν Ἄτα.

ἀντ. δ΄.

ΞΕ. πεπλήγμεθ᾽ οἵᾳ δι᾽ αἰῶνος τύχᾳ.
ΧΟ. πεπλήγμεθ᾽· εὔδηλα γάρ,
ΞΕ. νέᾳ νέᾳ δύᾳ δύᾳ·
ΧΟ. Ἰαόνων ναυβατᾶν
κύρσαντες οὐκ εὐτυχῶς.
δυσπόλεμον δὴ γένος τὸ Περσᾶν.

στρ. ε΄.

ΞΕ. πῶς δ᾽ οὔ; στρατὸν μὲν τοσοῦτον τάλας πέπληγμαι.
ΧΟ. τί δ᾽ οὐκ ὄλωλεν, μεγάλατε Περσᾶν;
ΞΕ. ὁρᾷς τὸ λοιπὸν τόδε τᾶς ἐμᾶς στολᾶς;
ΧΟ. ὁρῶ ὁρῶ.
ΞΕ. τάνδέ τ᾽ ὀιστοδέγμονα;
ΧΟ. τί τόδε λέγεις σεσωσμένον;
ΞΕ. θησαυρὸν βελέεσσιν.
ΧΟ. βαιά γ᾽ ὡς ἀπὸ πολλῶν.
ΞΕ. ἐσπανίσμεθ᾽ ἀρωγῶν.
ΧΟ. Ἰάων λαὸς οὐ φυγαίχμας;

ἀντ. ε΄.

ΞΕ. ἀγανόρειος· κατεῖδον δὲ πῆμ᾽ ἄελπτον.
ΧΟ. τραπέντα ναύφρακτον ἐρεῖς ὅμιλον;

ΞΕ. πέπλον δ' ἐπέρρηξ' ἐπὶ cυμφορᾷ κακοῦ.
ΧΟ. παπαῖ παπαῖ.
ΞΕ. καὶ πλέον ἢ παπαῖ μὲν οὖν.
ΧΟ. δίδυμα γάρ ἐcτι καὶ τριπλᾶ.
ΞΕ. λυπρὰ, χάρματα δ' ἐχθροῖc.
ΧΟ. καὶ cθένοc γ' ἐκολούcθη.
ΞΕ. γυμνόc εἰμι προπομπῶν.
ΧΟ. φίλων ἄταιcι ποντίαιcιν.

cτρ. ϛ'.

ΞΕ. δίαινε δίαινεπηνα· πρὸc δόμουc δ' ἴθι.
ΧΟ. διαίνομαι γόεδνοc ὤν.
ΞΕ. βόα νυν ἀντίδουπά μοι.
ΧΟ. δόcιν κακὰν κακῶν κακοῖc.
ΞΕ. ἴυζε μέλοc ὁμοῦ τιθείc.
ΧΟ. ὀτοτοτοῖ.
βαρεῖά γ' ἅδε cυμφορά·
οἳ μάλ', ἀκοῦ τόδ' ἄλγοc.

ἀντ. ϛ'.

ΞΕ. ἔρεcc' ἔρεccε καὶ cτέναζ' ἐμὴν χάριν.
ΧΟ. αἰαῖ αἰαῖ, δύα δύα.
ΞΕ. βόα νυν ἀντίδουπά μοι.
ΧΟ. μέλειν πάρεcτι, δέcποτα.
ΞΕ. ἐπορθίαζέ νυν γόοιc.
ΧΟ. ὀτοτοτοῖ.
μέλιcμα δ' ἀμμεμίξεταί
μοι cτονόεccα πλαγά.

cτρ. ζ'.

ΞΕ. καὶ cτέρν' ἄραccε κἀπιβόα τὸ Μύcιον.
ΧΟ. ἄνι' ἄνια.
ΞΕ. καί μοι γενείου πέρθε λευκήρη τρίχα.
ΧΟ. ἄπριγδ' ἄπριγδα, μάλα γόεδνα.
ΞΕ. ἀύτει δ' ὀξύ.
ΧΟ. καὶ τάδ' ἔρξω.

ἀντ. ζʹ.

ΞΕ. πέπλον δ᾽ ἔρεικε κολπίαν ἀκμῇ χερῶν.
ΧΟ. ἄνι᾽ ἄνια.
ΞΕ. καὶ ψάλλ᾽ ἔθειραν καὶ κατοίκτιcαι cτρατόν.
ΧΟ. ἄπριγδ᾽ ἄπριγδα, μάλα γόεδνα.
ΞΕ. διαίνου δ᾽ ὄccε.
ΧΟ. τέγγομαί τοι.

ΞΕ. βόα νῦν ἀντίδουπά μοι·
ΧΟ. οἰοῖ οἰοῖ.
ΞΕ. αἰακτὸc ἐc δόμουc κίε·
ΧΟ. ἰὼ ἰὼ Περcὶc αἶα δύcβατοc·
ΞΕ. ἰωὰ δὴ κατ᾽ ἄcτυ·
ΧΟ. ἰωὰ δῆ τα,ναί νάι
ΞΕ. γοᾶcθ᾽ ἁβροβάται·
ΧΟ. ἰῶ ἰῶ Περcὶc αἶα δύcβατοc·
ΞΕ. ηή ηή τριcκάλμοιcιν·
ηή ηή βάριcιν ὀλόμενοι
ΧΟ. πέμψω τόι,cε δυcθρόοιc γόοιc·

ADNOTATIO CRITICA.

Codices huius dramatis manu scripti eidem sunt aut eiusdem notae atque in fabulis quae optimos habent; inferiores una tantum in parte, quod pro membranis saeculi XI unus quaternio saeculi XII succedit. in qua tamen ipsa re momentum et praesidium positum est ad paradosin universam Aeschyli aestimandam, quo carere nolimus. sunt igitur paulo rariora hic quam alibi vestigia grammaticae et eruditionis, quae saeculis superioribus operam navavit: scripturae discrimina, vitia ex interpretatione et vetustorum codicum detrimentis nata satis aegre dignoscuntur; orthographiam et anagnostica Herodiani data opera saeculo XII videas aboleri; κωλομετρία tantum, quam saeculi quinti existimare licet, egregium lyricarum partium emendationis adminiculum, inconcussa restat, nec ipsa tamen intacta. requirit totum hoc genus auxilia et suppetias ex reliquis codicis Laur. quaternionibus sperandas. quod autem e Persarum supellectile manu scripta utilitatis percipitur, hoc est, ut saeculorum XII aut XI instrumenti critici notitia plenior et certior paretur, quam potuit antehac. codices, quos collatos dedi in eius libri, quem inscripsi *Aeschylus in italienischen Handschriften*, voluminis primi paginis 32 ad 300, si modo de aetate eorum recte iudicavi pp. 4 ad 27, sunt proximorum inde ab undecimo saeculorum. quaternio alter codicis Laur. illius est; eiusdem diorthosis et integer prior quaternio et scholia utrobique adiecta, duodecimi; tertii decimi duo tresve minimum; quarti decimi ineuntis tres, exeuntis duo; quinti decimi ineuntis duo. collationis sedulitas quae cuiusque aetatis sint propria, quae translaticia, et siquid est affinitatis inter quosdam libros, liquido commonstrat. ex Laurentiano cum praeter recentissimos duos nihil in alios videatur proseminatum, cumque saeculorum tertii decimi et quarti decimi ineuntis interpolatio multo quam duodecimi sit imperitior et prope innocua, sequitur primum hoc, ut multa quae terse ac pure extitisse credibile sit in emendatiore quovis saec. XI aut XII libro, superesse aeque possint in no-

stris saec. XII, XIII, XIIII. alterum paulo est altioris indaginis, num necesse sit interpolationem saec. XII, quae dominatur in magna huius fabulae parte, exempla omnia adeo insedisse, ut antiquius nihil in recentioribus perstiterit. sed illud ipsum, tam novum quam, ut puto, consentaneum, de auctoritate codicum saec. XIII aut, siquando fidem hi egregie fallant, etiam posteriorum, operae pretium visum est experiri, quem usum haberet ad redarguendas aut confirmandas eas scripturas, quibus Laurentiano obrogari hucusque consuevit. adornavi exemplum, quod ubique aut Laurentianum a me pervestigatum aut idoneum aliquod meorum codicum testimonium aut emendationes non dubias exhiberet. postquam edere animum induxi, coniecturis aliquanto indulsi licentius, ne delectu facto putarer velle plura emendasse videri quam viri summi, quorum exemplo haec studia reguntur.

Paginas indicavi codicis Laur., quo facilius quae de eo adnotavi cum apographo, quod propediem impressum iri spero, conferantur. numeros versuum tantisper, dum de re metrica paulo melius constabit, usurpavi Porsonianos, qui cum codice illo proxime conveniunt.

Pagina I (vv. 1 ad 31). anapaestos hos praeter vv. 17 18 19 descriptos dedi prout sunt in Laur., cuius in scripturis perexigua est a vetustioribus meis saeculorum XIII et XIIII libris diversitas. consentiunt tantum non omnes in ineptiis vv. 2 6, mendis vv. 18 22, in οἴχωκε 13, Κίccινον, quod valde dubium, 17, in Ἐκβατάνων 16, quod in altero quaternione ubique est Ἀγβάτανα. discedunt a Laur. omnes in recepta vv. 9 31 scriptura et in discrimine v. 10 ὀρcολοπ, ὀρcοπολ sive ὀρcοπολ, quam non esse interpolationem saeculi XIII docuit Lobeckius pathol. el. p. 511. notabile utcumque est in codd. quibusdam saec. XIII deprehendi menda duo scribae Laur. a diorthota expuncta. scripturae πιcτά ὤχωκε εὐτλήμονι 2 13 28 vix in singulis aut binis saec. XIIII extant: quarum postrema cur admittenda esset, non intelligebam. Laur. ipse et vetustiores mei Mediol. Ven. Vatic. liquido ἐντλήμονι habent, non longe distans ab ἐγκαρτερεῖν, ἔμμονος, ἐγκαθιcτάναι. novicii libri, Ven. et Vatic. membranacei, Mediol. et Flor. chartacei Triclinii sequuntur correctiones in abiciendo additamento versus 6 Δαρείου υἱὸς, et μεγαβάζης 22; duo μεγαβάτης, unus Κίccιον praebent. quam emendationem periclitatus sum versus 13, magni non facio; indicavi certe, ubi voces ἄνδρα ἄcτρα a librariis permutati sint, admonui de magorum et

Chaldaeorum doctrina Aeschyli tempore Graecis non ignota, divinationem, quam vv. 140 chorus profitetur, et necromantiam Darii ad eam adumbratam et obiter informatam a poeta superstitionis Persicae imaginem revocavi.

P. II (vv. 32 ad 76) scriba Laur. scripserat 36 μεμφίδος 42 ἐπὶ πᾶν 69 σχεδίαν, quae quis correxerit, non liquet: scripsit 66 χώρας correctum a diorthota, prout scholia et mei antiquiores habent. convenit Laur. v. 42 in egregia scriptura οἵ τ' cum meis saec. XIII duobus, 58 cum uno in ὑπὸ, 43 in μητρ cum omnibus praeter unum saec. XIIII, cum omnibus 61 ἀσιῆτις, 63 τ', 65, ubi scholia et unus saec. XIIII πεπέρακεν, 76 in θαλάσσης. differt, ut nunc est, Laur. v. 35 a novem libris meis, quos secutus sum: sed habuit Laur. ante correctionem, diorthotae, opinor, secundum scholia, πηγάς τἄγων, quae scriptura adnotata est in recentiore uno meo et altero recentissimo Hermanni libro. differt Laur. a meis omnibus 49, siquidem, quod videtur, ν in στεῦνται a prima manu expunctum habet et ex archetypo ita transscripsit; a plerisque 32 39 ἐλειοβ, 61 περὶ, 70 ἕλλης, a tribus 50. versuum 42 43 institutam ab aliis emendationem absolvere temptavi, cum Hermanni interpretatio vocis utriusque, κατέχειν et ἔθνος, minus satisfaciat. Lydos praeter Iones illo tempore *comprehendisse* alios Asiae minoris populos non legimus: secundo Darii nomo comprehenduntur apud Herodotum 3, 90; tertio et quarto Phryges et Cappadoces, quos hic indicari putaverim et dici incolere ἠπειροτενὲς νέμος, spatiosa pascua earum regionum apud Strabonem aliquotiens commemorata. cogitavi etiam de proscribendo v. 45 et offendebam praeterea satis in multis, quae prope accedunt ad fucatum quendum anapaestorum aliorum colorem, maxime vv. 541, 545, 632, quos locos interpolatos nec medela satis dignos existimo.

P. III (vv. 77 ad 121) scriba prior paucula a se commissa, velut accentum inconsiderate positum in εὐρύποροι || v. 110, ipse correxit; totidem diorthota, qui v. 77 variantem scripturam adnotavit, in quam et illic et v. 88 libri mei discedunt. quae mendosa reliquit, extitisse videntur in archetypo, cum pleraque omnia in recentioribus, sed bonae aetatis, ante Triclinium, libris alternent, quorum v. 80 quattuor στυφελοῖς, quinque ἰσόθεος, totidem 81 δέργμα, 106 duo πόλεων τ', 114 tres μοι, singuli aut bini formas Doricas in Laur. tantum ter servatas etiam quattuor aliis locis suppeditabant: tantum 90 testimonium deerat, etiam scholiorum. interpola-

tionis haec suspicionem non habent, cuius nec alia multa in eisdem libris vestigia sunt: λεπτοδόνοις v. 112 unius saec. XIIII potest notabile videri. deciens Laurentianum emendant: vitia graviora vv. 96 114 communia sunt: solum σύριον v. 82 Laur. rectius servavit, reliqui praeter unum recentiorem omnes corruperunt.

Versiculorum, quibus Laur. descriptus est, egregia toto carmine convenientia graviora vitia nulla insedisse indicat. pleraque interpretationem magis quam emendationem requirunt. χρυσονόμου v. 80 tueri temptavi in libro maiore p. 56. δόκιμος 87 eo significatu, quo solo notum est, aegerrime adaptari manifestum est: sed grammaticus cod. V etymol. magni p. 281 recte praecipere videtur de duplici δόκιμος, a δόκω δόκος, quae est δόκησις, et a δέχομαι: a priori est προσδόκιμος: insolentia usus non est maior quam substantivi δόκη ab Hermanno Ag. 403 restituti et similium λόγχιμος αὔξιμος, quae Aeschylus a λόγχη αὔξη duxisse videtur. praeter hoc, uti in libro indicavi, partim Princii partim Hermanni iudicium sequendum puto. epodus, quae quod respondeat non habet, potuit praeter istud ἀρκύστατα ab Hermanno sublatum vel corrumpi vel interpolari, de qua re numquam satis constabit. laevigavi quae facillima opera poterant. virgula posita post v. 93 volui adsignificare alterum τίς anaphoram esse prioris, nec novo enunciato separandum: intelligendum *quis mortalis, si vel maxima saltus dexteritate utatur,* quo uno modo ἀνάσσειν πηδήματος de condicione ac facultate dictum, ut κρατεῖν, ἄρχειν a Princio indicatum, satis quadrabit. de altera correctione, paulo licentiore, v. 100, dixi in libro p. 54. transponendam epodum non putaverim, propterea quod antistropha tertia audaciae non praeconium sed apertam reprehensionem habet. proximam stropham commodius adnecti, si ἔμαθον leviter mutetur, non dissimulavi: faciendum non censeo. μελαγχίτων, miserum Byzantinorum commentum, tueri non sustinui. reliquorum verborum constructionem informavi non planissimam, Hermanni iudicium, non interpretationem secutus. antistrophae quartae perspicuitatem duarum litterarum dispendio, fere ut 193 libri discedunt, adiuvisse velim videri.

P. IIII (vv. 125 ad 166) scriba quaedam negligenter scripta aut inscite, velut δόρυ κράνου, ἐτίοχος, ipse retractavit; plura diorthota, qui versus 125 partem et ἢ v. 148, etiam in codice saec. XIIII omissum, supplevit, v. 133 ἑκάσταν correxit ἑκάσται, ex arbitrio fortassis et sine libris, quorum nullus id habet: nec habuisse vide-

tur, quos inspiceret, cum vitiosum στέος v. 141 in margine more suo iteraverit, quod in meis omnibus emendate legitur, excepto Vaticano, qui etiam v. 152 solus προσκυνῶ adicit. doricum α v. 126 a manu secunda adnotatum eodem modo extitisse videtur in archetypo, ut aliquotiens in meis η vel α in alternantibus id genus terminationibus aut scripturis, nullo stropharum trium priorum et posteriorum discrimine, quod Hermannus admisit. perperam ἀμ v. 146 est in Laur. meisque omnibus, 157 εὐνάτ in meis. in scripturis ipsis nihil proprii habet Laur., libri mei emendatiora v. 127 μελισσῶν, μελισσᾶν, quamquam hoc Triclinii potest esse, 136 ἑκάστα, ἑκάστη, 160 εὐναστήριον, 163 κονίσας; interpolationes modicas, δορικρ v. 148 omnes, χρυσεοστίλβους tres non recentes. veterem prosodiam v. 150 et ν parag. suo plerumque loco servavit Laur.; sed etiam mei 126 ὦς 165 φρεσὶν. admisi praeterea e codice Brunckii anni 1298 v. 137 προπεμψαμένα, quod in meo recentiore poterat Triclinii esse.

Paleii et Porsoni emendationes egregias v. 136 et 152 ex Dindorfii demum adnotatis cognovi. mearum vv. 131 165 166 rationem ubertim reddidi in libri ea parte, quae in amicorum manibus est, pp. 66 68. v. 130 τότε scripsi, uti est v. 555, cum aliud non suppeteret.

P. V (vv. 167 ad 207) nitide scripta archetypum pressius quam aliae sequi videtur: correctiones scribae et diorthotae nullius sunt rei. quae relicta sunt menda credibile est translaticia saec. XII fuisse, exceptis tribus, quorum in aliis libris vestigium nullum, vv. 174 duobus, nam scriptum est θέλει, correctum θέλῃ a manu recentiore, et 181, in quo μοι adiciunt mei tantumnon omnes. consentiunt vetustiores cum Laur. 189, ubi quod Blomfieldius scripsit, est in duobus Triclinio posterioribus: accedit ad Laur. 193 vetustior Venetus; ἡνίαισι τ' habet Vaticanus, γ' Florentinus vetustior: 201 unus aut alter Laur. sequuntur. consentiunt omnes 190 in ὕπο, quod mutavi secundum Homericos; 191 in ὑπ', quod retinui; 194 et 205, ubi Dindorfium sequor; 204 in πέλανος, quae prosodia a diorthota hic et 524 novata est occurritque in recentioribus Apollonii Rhodii codicibus, cum Laurentianus in Agam. 96 totoque Apollonio Herodiano (Arc. 64, 13) obtemperent. consentiunt etiam in eis quae Brunckius et Scaliger emendaverunt 194, 205. discedunt in τίν' omnes, quod recepi 188. praeterea mutavi post Meinekium θέλῃ in eam sententiam, quam enarravi libri mei p. 75; 196 expuli

interpolationem, ut puto, saeculi XII, fortasse scholiis posteriorem, ut adsignificavi p. 76; 208 mutavi πτεροῖϲ, prout eae terminationes in libris variant v. 743.

Locum explicatu difficilem v. 168 expedivi ita, ut unius versus iactura ea intercidisse statuerem, quae sententiam absolverint. indicavi pp. 69 70, cuius modi fuisse conveniat. docui etiam lacunas aliquot vix dubias intervallis adeo aequalibus observari, ut paginae veteris alicuius libri tricenorum septenorum versuum eadem parte, ut opinor, inferiore, male habitae librariis fraudi fuisse videantur. quattuor paginis abhinc distabat v. 321, totidem inde v. 470, tribus inde v. 582, quattuor inde v. 730, inde una 767; de quibus omnibus posthac suo loco agetur.

P. vi (vv. 209 ad 252) diorthota praeter diastolas, interductus omne genus et erectos qui antecedunt punctum graves, satis inconstanter pleraque et fortassis ex arbitrio administrata, in ipsis verbis errores duos, vv. 217 224 sustulit, neglexit quattuor alios apud Hermannum notatos; tum tres vv. 240 246 252, quorum unius correctio indicata est apud Herm.; sunt hi omnes correcti a manu tertia non recentissima. id si recte adnotavi, nihil est causae, cur diorthota usus esse putetur alio exemplari quam scriba prior, in emendando maxime v. 240, quod notabilius est mendum, δεϲ ἀναί, et ex archetypo ascitum videtur ideo, quod redit in cod. Mediol. saec. XIII, qui ex Laurentiano neque totus descriptus est neque hac scriptura post manus tertiae correctionem ditari potuit. est in his saec. XIII aut XIIII libris hac quoque pagina, ut manifesta recensionis noviciae, quam quaternio primus sequitur, effigies, ita scripturarum ea mixtio, ut ubicumque magno numero in discessione a Laurentiano conspirant, tamen alternatim singuli aut bini cum illo faciant. accentus excipio, quos doctiores aliquotiens — velut 227 233 — Laur. solus habet. in utrorumque archetypis fuit aliqua variantis scripturae congeries, unde in Laur. coaluerunt v. 218 duae scripturae in codd. meis seorsum servatae, et alternant in melioribus discrimina, v. 217 τελεῖν λαβεῖν, 218 τέκνοιϲ τέκνῳ, 220 πρευμενῶϲ πρευμενῆ, 241 ϲτρατῷ ϲτρατοῦ, 247 δράμημα δρόμημα, satis dissimilia eis, quae ab interpolatione saec. XIII eorundem librorum profecta sunt. consentiunt hi libri cum Laur. in scriptura v. 230 κεῖνα, nisi forte unus Mediol. habet κεῖνο, quod cur praeferendum sit, ignoro; tum in pravis quibusdam accentibus vitiisque vv. 223 228 239 246, quorum quas certas putavi emendationes recepi. διὰ χερὸϲ αὐτοῖϲ re-

stat sanandum; suaserim κἀυτοῖς. Meinekii correctiones v. 245 cur necessarias non putem, indicavi in libro ampliore. meam v. 236 fortassis alii refellent: volui commonstrare, quid culparem in scriptura vulgata, sententiae ieiunitatem, repetitae v. 244, male nexae superioribus per καί, non convenientis proximo τούτοισιν; constructionis insolentiam doctius quam aptius nuperrime explicatae. στρατὸν γαιοῦχον, sive cum doctis grammaticis scribendum γεοῦχον, intelligebam, cuius partem quandam in pugnae Marathoniae pictura sedulo exhibuit Polygnotus: Aeschylus de aliis etiam prope ducentis cogitavit, quos Pausanias 1, 32, 4 indicat; fortassis etiam, utpote Eleusinius ipse, de triginta milibus illis, quos Herodotus 8, 65 et Plutarchus Them. 15 commemorant.

P. VII (vv. 253 ad 296) v. 286 correctionem habet prioris scribae ἀθῆναι pro ἀθᾶναι. varia scriptura usus videtur, quam adnotatam in archetypo invenit; discedunt eodem modo libri recentiores. diorthota accentus quosdam et interductus omissos supplevit, v. 259 puncto a scriba posito adiecit interrogationis signum. alio codice usum non apparet; quaesisse enim testatur ζήτει ad v. 275 perscriptum. quaedam minus recta invenisse, quam libri habent recentiores, scholia v. 271 et fortassis 279 docent. leviorum huius modi nihil est in Laur. a diorthota relictum, quin ex meorum vel consensu, velut v. 275 ἀλιδόνα, 295 καὶ εἰ, vel idoneo aliquo testimonio, ut 268, 280, coarguatur. etiam 266 duo vetustiores et unus recentior praebent παρών γε. Laur. nihil habet peculiare praeterquam 286 et 291.

Emendationis difficultas omnis est in exaequanda ternarum chori partium responsione; quorum versuum descriptio in Laur. et reliquis libris ita differt, ut brevium, quos ille exhibet, vestigia etiam in coniunctis horum extent, videaturque id genus descriptionis in antiquioribus exemplaribus traditum fuisse. potuit fieri, ut ipse Laurentiani scriba versiculos quosdam aliter atque scriptos invenit, dispertiret, quod etiam recentiores fecerunt, et ut ille breviorum κώλων suorum strophae et antistrophae aequalitatem quandam sequendam putaret, quod reliqui non solent. verba ipsa utrobique videntur esse recensionis saec. XII, quae κῶλα antiquitus tradita servavit, interpretamenta vetera, quae irrepserant, prout in posterioribus quaternionibus deprehenduntur plurima, non dignovit. ea glossemata cum in extremis versibus accesserunt, in ordinem plerumque recipi solent, ubi in mediis supra ascripta fuerunt, id vocabulum,

quod explicatur, saepe perit. factum hoc videtur in antistr. β′ versu secundo, qui cum strophico conciliari nondum satis potuit: abstinui ab hac parte, nec operae pretium puto codd. meorum discrimina aut quae de voce διπλάκεσσιν adnotavi, quam genuinam non habeo, exscribi. in reliquis strophis aliquanto plus proficitur. v. 256 Hermannus rectissime ea removit, quae in Laur. et Veneto vetustiore primum κῶλον finiunt. antistrophae cola priora, quae olim fuerunt, ἦ μακροβίο ‖ τος ὅδε κτλ, adscripto ad δε γε, simili ac supra v. 218 modo, scriba Laur. vel potius recensionis auctor, cum omnes libri consentiant, paululum attrectavit. eodem modo si v. 280 recte Hermannus, quod dubium videri non debuit, πέρσαις vocem pro glossemate proximae δᾴοις habuit, necesse est aliquando in eodem utrumque κώλῳ positum fuerit. nam Laur. et plerique libri ita κῶλα metiuntur, βοάν ‖ πέρσαις ‖ παγκάκως ‖ : duo tantum ex meis βοαν ‖ δυσαιανῆ πέρσαις δᾴοις ‖ ὡς πάντα παγκάκως ἔθεσαν ‖ et duo praeterea postremum hunc versum ‖ δᾴοις ὡς — — ἔθεσαν ‖, vv. 288, 289 non diremptis, quos duo illi, quos antea dixi, post ἔκτισαν dividunt. hinc igitur versuum mensuram constitui, quorum in 281, 288 continuo quae pars metri congruit, vocem πολλὰς irrepsisse arguit. est id additamentum Byzantinorum ad explicandum genetivum Περσίδων, qualia multa in scholiis occurrunt, p. 79, 20; 84, 30; 86, 19; 88, 8. pendebat hic genetivus olim ex μάτας, quod credibile est maturo leviter corruptum esse propter significatus obscuritatem. nec hodie probari potest notare id *frustrationem, desperationem, miseriam*, et fuisse videntur libri, qui haberent μάνας: in uno eorum quattuor quos dixi librorum, Florentino saec. XIIII ineuntis, supra τ scriptum est ν. μάνη est μανία in fragm. Aristophanis CCXI p. 1215 M. restabat praeterea, ut pro δᾴοις utrobique v. 281 et 286 scriberetur Δάοις, cuius emendationis aliud firmamentum mihi non suppetit praeter librorum auctoritatem satis manifestam et Herodoti testimonium 1, 126 de gente Persica eius nominis et prosodiae. credi possit aliquanto latius patuisse eam appellationem, nec diversam a Dahis, prout iudicavit Iac. Grimm *(Gesch. d. d. Spr. 1 p. 225)*, ac voluisse poetam promiscue orientis gentes, πρόπαν βαρβάρων γένος 434, adsignificare. videtur tamen hic et 985 ipsos Persas nomine insolentiore, qualia habet Herodotus 7, 61, a captivis fortassis arrepto, indicasse. Hesychii quidem lemma Δάος, ἀγγάριος accentu et persica, quae videtur, interpretatione specie tantum huc facit. Strabonis locus p. 304 videtur sane testari,

comicorum Davos a Dahis repeti a quibusdam solitos esse; sed fuerint ei grammatici, nec aliud spectaverunt quam notam Scytharum sedem. restat etiamnum de vv. 283, 289 iudicium, sitne vetustioris artis licentia choriambus pro diiambo positus, an εὔνιδας ex glossemate invecticium habendum.

P. VIII (vv. 297 ad 340). scriba Laur. prior plura quam solet deliquit, quorum partem ipse emendavit; diorthota accentus decem, interductus sex, graviora menda septem, scripturis recentiorum librorum repositis praeterquam in δάσκειον, quod v. 316 intulit. altero exemplo num usus sit, incertum; nam in medio versu 299 vocabulum vacuo relicto omissum eum supplevisse vix satis mihi constabat: πυρὰν v. 316 prima manus ex archetypo dedisse videtur — exstat enim ut v. 309 οἶδ' in Vaticano — potuit tamen corrigi ex scholiis: duplex accentus v. 327 fuit fortassis in archetypo. errores aliquot leviores sed manifesti ex communi Laur. et recentiorum origine traditi videntur, quos nec interpolatores illi animadverterunt, qui v. 329 in meis sex νῦν addiderunt, 330 partim παρόντων δ' partim ἀπαγγέλλων scripserunt. sunt tamen quae citra interpolationis suspicionem differant, maxime in nominibus, quae vv. 322 326 rectius in Laur., 303 308 312 examussim in meis leguntur.

Vetera illa et pervulgata menda pleraque leviora vv. dd. certatim sustulerunt aut tollere studuerunt, vv. 299 ex schol. Arist. ran. 1028, 306 316 318 320 322 326 327 329 330; quarum emendationum quas certissimas non iudicavi, insuper habui: namque incertae etiam periclitandae fuissent vv. 310 319, ubi turbatum esse a Byzantinis suspicor. subtilioris artis criticae in hac pagina specimen edidit Porsonus, qui circa v. 321 excidisse quaedam docuit; causam casumque quo id factum, ignorabat, de qua re indicavi supra ad v. 168. adiciam eiusdem modi observationem de vv. 311 312, quibus et ipsis primum inconstantia inest poetae, qui v. 44 Arcteum regulum Asianorum, non Aethiopum dixerat, deinde scabrities orationis, cum post τρίτον quartus additur, tum cura defuit criticorum, qui scripturam meliorum librorum, meorum Mediolanensium, Vaticani, Florentini vetustioris, spreverunt; οἵδε, quod Venetus prior correctum ab eadem, puto, manu et recentiores tres praebent, admiserunt. transpositis versibus, uti edidi, ea evitantur omnia. erit fortasse qui eodem remedio utendum putet etiam in proximis 314 315, ne qui μυριόνταρχος peditum fuerit, continuo triplicis eius numeri equitatus dux dicatur, quae genera ab Herodoto 7, 81 et 88

discernuntur. scripturae genus unde is error iterari potuerit, ignoro: sed frequentissimus est ubique, hoc quidem loco satis vetustus, cum scholii admonitio bona grammaticae tempora prodere videatur. emendavi etiam v. 338 leniore medela quam antehac factum. codd. fere omnes ναυcὶ κρ. quae in codd. saec. XIII grassatur ν paragogici expulsio, aliena est a cod. Laur.: quaerendum igitur est quod saec. XII legentem fallere potuerit. vocula καί ab utroque Laur. scriba ita exaratur, uti extat in scholiis Choeph. tabulae Dindorfianae vv. 371 380 384 Herm., lineolis duabus non bene saepe iunctis, quarum posterior omissa relinquit solitam formam ι cum gravi. καί significabit *vel maxime*, ut Agam. 363 Cho. 880 et quae Homerica in libro maiore attuli. temperavi ab attrectando v. 298, non quo ἄνανδρον defendi posse existimem, sed quia glossema potius videtur quam corruptela. conieci in libro, erratum esse in voce insolentiore ἄναμπρον, ducta ab ἄμπρον τὸ τεταμένον cχοινίον ᾧ ἐχρῶντο ἀντὶ ῥυμοῦ, uti habet Hesychius; magis perspicue Suidas, cχοινίον ὅπερ διὰ τῶν Ζυγῶν διατείνουcι καὶ φορτία ἐφ' ἁμάξηc κομίζουcιν, ὥcτε ὁμοτόνωc ὑπὸ τῶν Ζυγῶν ἕλκεcθαι. putabam translatum ad quodvis moderaminis genus significandum.

P. VIIII (vv. 341 ad 384) scriba prior plura propemodum a se commissa aut praetermissa emendavit quam diorthota, in v. 362 expuncta ita priore scriptura, ut ex Laur. numquam propagari potuerit, quae tamen in recentioribus libris comparet. usus igitur est discrimine in ipso archetypo adnotato, quem admodum v. 371 κράτὸc duplici accentu instruxit quod etiam scholia habent. alia eiusdem modi vv. 364 366 a diorthota sunt correcta, qui cum scholia scriberet lacunam p. 80, 17 inventam non habuisse videtur unde resarciret. nihil receptum est sine idonea auctoritate. non admisi v. 372 ἐκθύμου, quod in uno meorum satis notabili sed in talibus dubiae saepe fidei repperi: nolui 375 ex arbitrio refingere, quod multis modis fieri potest. at exhibui 345 τίc ex septem libris meis et adieci interrogandi signum v. proximo: dedi 348 ἔτ' ἄρ' ex ipso Laur. et uno meorum, quorum duo ἔτ' ἆρ' reliqui ἔτ' ἄρ' habent: 379 πᾶc θ' ex quattuor meis, si modo diligenter inspexi. inprimis 347 ad 349 usque Hermanni ratio librorum auctoritate abhinc munita erit. hi versus omnes in Laur. novae personae notam habent, etiam 349, quod Hermannus ignorabat, uti etiam 347 348 in ternis aut binis vetustioribus meis, 349 in Mediol. egregio adiecta sigla

ἄγγελ. inde sequitur 348, cui signum interrogandi in Laur. et quibusdam meis additum, deberi Atossae, 347 nuntio.

P. x (vv. 385 ad 429) egregia est scribae prioris mundities, qui paucula ipse supplevit, versum tamen 391 omisit, duo menda graviora 425 et 426, quorum alterum etiam scholia insedit, et prosodiam, enclisin potissimum minus adcuratam exhibuit. versum diorthota, vel idem certe homo, qui plurima id genus toto volumine, in margine apposuit: praeter virgulas quasdam et diastolen non multum a manu secunda accessit. in recentioribus libris meis praeter solitam orthographiae interpolationem nihil admodum notabile. sprevi v. 411 ἴθυνεν et exposui copiose in libro, cur displiceat. non admisi 422 ἀκόσμῳ unius Mediol., recepi quod omnes consensu praebent 409 424 425 426. secutus sum Hermannum in μέν νυν 412, Princium in αὐτοί θ' 415, ad apodosin inde ordiendam. tres loci subtilissimae sunt deliberationis. primo v. 388 Meinekii emendatio ἠχῆς egregie facit ad explicandum quod sequitur ἅμα, ne κέλαδος alius quam παιώνιος intelligatur, neve inanem narrandi dulcedinem poeta captare videatur. si ἠχῇ ad omnia ad v. usque 397 enarrata referatur, astringenda artius proxima putaverim ac legendum ὄρθιόν θ' ἅμα, simul ut sopiatur quae est in interveniente ἠχώ v. 391 soni insuavitas. sed siquidem argutandum est, utilius id fiet in loco secundo vv. 415 416, qui temptatus et explicatus est aliquot modis, nondum tamen ut satis liqueat. difficultas est in intelligendis vocibus κωπήρη στόλον. definitio στόλου quae est apud Pollucem 1, 86 aut schol. Ap. p. 368 vix prodest ad adstruendum significatum, qui v. 408 in scholiis et apud Hesychium s. v. Χαλκώδοντας στόλους traditur; sunt illa certa in prora: a remigio plane sunt disiuncta. est alia interpretatio et originatio apud Hesychium Στόλοι τὰ ἄκρα τῶν τομῶν καὶ ὀξέα, χάρακες ἀπότομοι et in eis quae editores adnotarunt, quae eadem in scholio v. 400 p. 80, 27 extat. atqui pertinent aut ad 408, si εἰς ὀξὺ συνεσταλμέναι naves intelligantur, quod vix putaverim, aut ad hunc nostrum 416, si κῶπαι excidit; et si quid veri est in eo significatu, possit *acies* quaedam *remorum*, sed tamen molestius, intelligi. praestabit ordinem remorum, non *apparatum,* ut a Schützio factum video, interpretari; velut στολίζειν dixit Hesiodus E. 628 εὐκόσμως στολίσας νηὸς πτερά: neque enim de velis contrahendis agit, sed de remis — τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται — eodem ordine domi disponendis, quo in navi ταρσούς sive στόλον efficiunt. is igitur κωπήρης στόλος παίων, dum mare pul-

sat, ut v. 397 dicitur, diffringitur: id ipsum Diodorus factum tunc a Graecis tradit, 11, 18: τοὺς ταρσοὺς παρέσυρον. Aeschylus, si v. 415 αὐτοί τε legemus, a Graecis v. 417 consilio, sed etiam ab ipsis inconsiderate in tantis loci angustiis incursantibus casu, id quod ὑπό dativo iunctum notat, subinde factum indicat. ἐμβολαῖς nihil causae est cur mutetur, ὑπ' αὐτῶν Laur. ipse et meorum duo praestantiores habent: ὑφ' αὐτῶν tres interpolati. tertius locus est 426, ubi negant tragici sermonis esse ὁμοῦ pro ἅμα usurpatum; comicorum esse lexicon Iacobii docet p. 701. ex Laur. scriptura elici potest οἰμωγῇ — κώκυμα συγκατεῖχε. καύχημα de orationis tantum iactatione dici putaverim.

P. xi (vv. 430 ad 473) scriba Laur. prior eadem qua supra diligentia usus ex archetypo quaedam servavit, quae in reliquis libris interciderunt. veteris prosodiae in τῆνδε τοιάδε ubique, quinquiens, exempla aut vestigia praebet: κρεοκοποῦσιν v. 463 dedit, quod manus novicia mutavit: v. 470 ἵης', quod reliquorum vetustiores praeter Mediol., qui ἧϊς', scribunt ἧϊξ', sive saec. XII sive XIII est interpolatio; namque versum qui antecessit excidisse videri commemorabam supra p. 40. mendorum quae restabant partem exiguam diorthota removit; maior pars in codd. saec. XIII quoque proseminata est, 431 438 442 448, quorum emendatio in eorum quibusdam extat; 433 445 447 460, quae sine libris pridem correcta sunt. paucissima sunt, orthographica aut glossemata, quae in libris saec. XIII omnibus aut plerisque peiora quam in Laur. traduntur: at rectiora in omnibus 461 467, maxime 433, qui locus momentum habet in librorum aestimatione. scriptum est in Laur. ἔρρω..ται cum rasura quae litteram ς non capiebat, erasa etiam parte litterae τ, ut fortasse ἔρρωγαι emendator dare voluerit; manus diorthota recentior α in ε, nihil amplius, mutavit. librorum meorum vetustiores ἔρρωγε μέγα, duo recentiores ἔρρωγεν habent. hoc si traditum esset in posteriore aliquo quaternione, aliter iudicandum foret quam in hoc, quia ἔρρωγε non potuit excogitari saeculo XIII, potuit fortasse saec. XII in refingenda vetustiorum quaternionum paradosi. documento igitur etiam hoc erit bonam scripturam servari potuisse in libris recentioribus, quae in Laur. vel adeo eius archetypo vitium traxit, non admodum mirum, cum αι pro ε ubique usu veniat, 531 621 645 729 817 897, ν paragogicum in Laur. ipsa pagina proxima ter exciderit. sunt duo alii loci, vv. 451 et 458, qui sani sint necne, emendari possint an non, disputavi in libro copiosius quam efficacius.

P. xii (vv. 474 ad 517) scriba prior in interpungendo diligentior quam antehac, in accentibus festinantior, in aspiratione negligens, satis multa deliquit, quorum diorthota praeter unam litteram v. 511 adiectam vix quinquiens in levissimis rationem habuit. eorum errorum, qui minoris rei sunt, praeter omissa ν paragogica, in libris meis omnibus emendatio extat: graviores, qui apud Hermannum plerique notati sunt et exigua aut nulla aliorum librorum fide correcti, vel ab omnibus meis absunt, ut 490 494, aut a meliori aliquo, ut 474. etiam πόλιςμ' v. 489, quod in omnibus est, genuinum putaverim nec alia emendatione egere, cum significatus, qui etiam subest 120, doctior sit quam pro interpolatoribus, nec illi ante Triclinium metro prospicere consueverint. scripserunt maximo consensu secundum aevi sui consuetudinem ἀχαΐδος, κρυσταλοπ, δίψει, ἐνήλλου, παγγαῖον, excepto Mediol. vetustiore, qui etiam ηὔχετο 498 Dindorfii, et εὐτυχεις 506, L. Schilleri emendationem; alter Mediol. εὐτύχει. itaque praeter Elmsleianam v. 481 nulla fere est notabilior doctorum virorum correctio, quin in codicibus occurrat; sed Victorianae aut Robortelli 478 514 480 ναῶν γε in Flor. Ven. recentioribus, quorum alter adeo Porsonianam v. 517 occupavit. nihil tota pagina ipse mutavi. retinui v. 480 cum Hermanno δέ, quod eodem orationis colore dictum accipio, quo apud Aeschylum Choeph. 546 H. γένοιτο δ' οὕτως, Eum. 1003 αἰνῶ δέ, Herod. I, 115, 3 ἐγὼ δὲ τοῦτον, Thucyd. 2, 72, 4 ὑμεῖς δέ —.

P. xiii (vv. 518 ad 571) aliquanto plura disceptanda veniunt. diorthota satis operose dimidium fere versuum numerum correctionibus distinxit, quas pagina libri mei vix capit. eas num ex altero exemplari petiverit, nec hic liquet: πελανὸν primae manus v. 524 ex scholiis depravare potuit; αὔτ' v. 3 quod etiam mei omnes praebent, in αὐτ'' mutavit saeculi sui consuetudine; v. 526 χρὴ ἐπὶ, uti etiam Vatic., eraso ε reliquis libris omnibus adaequavit. bis scripturae discrimina eodem fortassis modo, quo adnotata invenit in archetypo, supplevit: nam vv. 550 ad 561 ante diorthosin et scholia ab ea manu, quae scholia scripsit, in margine adiecti sunt.

Pleraque quae differunt inter Laur. et reliquos meos libros discrimina scripturae videntur esse vetustiora ipsis manifestis mendis, in quibus utrique conveniunt, non vetustiora fortassis recensione saec. XII. consentiunt v. 528 et 531 omnes praeter Triclinianos duos tresve, 532 omnes praeter Vatic., qui ἀλλ' addit, 549 in ἀσίας et 567 omnes. discedunt prima Laur. manus et reliqui mei saec.

XIII et XIIII omnes, interdum cum diorthota, praeter supra posita in ἡμᾶς, ὑμᾶς 527, ἀγβ ἐκβ 535, λέκτρων λέκτρων τ' excepto Veneto 543, βαρίδεστε πόντιαι βαρίδεσι ποντίαις 554, cουcίδαις coucίδος praeter Ven. 557, πανολεθρίοισιν πανωλεθρίοισιν, uti recte Herm. 562, λειφθ ληφθ praeter Medioll. 569, ἀκτᾶς et ἀκτάς, ἀκτὰς 570. conflata id genus discrimina 548 et 550 in Laur., 558 in omnibus; non dubito, quin etiam 559, de quo tamen loco ampliandum intelligo — nam scripturas ὁμόπτεροι et οἰδόπτεροι coaluisse, deinde ab auctore recensionis οἰδ in αἴδ' esse refictum nolim prodocere. praeterea ignotum adhuc erat bonas scripturas καί τι 531 τίπτε 555 niti vetustioribus libris meis non multis, πολιήταις 554 duobus Triclinianis, unde Victorius sumpsit.

Libri mei insigni documento Hermanni confirmant iudicium de inserenda versui 571 voce ἔρρανται, quae in Veneto vetustiore et Vaticano recentiore in extremo v. 580 post ἄπαιδες adscripta est. Laur. ἄπαιδες ἐραδαι || μόνια habet, ἄπαιδες ἔρραται δά (unde manu scholiorum ἔρρανδα factum) || δαιμόνι' Vatic. vetustior, ἔρραται non disiunctis versibus uterque Mediol. Florentinus unus et Ven. alter eo loco eam vocem omittunt, scribunt ἄπαιδες δαιμόνια. iam in Laur. post v. 573 unius versus lacuna relicta est, cum nihil tamen desit: similis vacivitas quattuor versuum deprehenditur post v. 874, ubi manus secunda οὐ λείπει adscripsit. non plane intelligo, quid sit rei; sed video posteriorem hunc locum in apographo meo codicis Laur. a lacuna, quam secundum Hermannum indicavi, post v. 913, versibus xxxvii distare, quem supra modum paginarum archetypi informabam, et tribus eis paginis nostrum hunc locum a proxima superiore lacuna abesse commonstrabam: si scilicet versus 574 ad 583 oblitterati putentur. hos ita servatos putaverim, ut antequam plane evanescerent, in superiore codicis parte non adfecta perscriberentur. id opinor in margine sinistro factum, ideo, quod in codice Mediol. altero, saec. XIIII ineuntis, deprehendi inter versus 570 et 571 insertum 578 πενθεῖ δ' ἄ. δ. cτερηθεὶς, qui deinde suo loco redit. versus novem, quos dixi, si ex ima pagina transferebantur in marginem sinistrum exadversum septem eos, qui antecedunt versum 573, quem admodum in Laur. decem versiculi 552 ad 561 scripti in margine non admodum octo legitimorum spatium excedunt, et si v. 578 locum habuit paulo infra v. 570, proxima verba τοκέες τ' ἄπαιδες attingere potuerunt vocem ἔρρανται v. 571, eamque secum abripere, simulatque ipsi locum mutarunt.

Quae hac pagina mutavi, modum non reor excedere. abstinui a supplendo versu 532, ut feci ubique si quae medelam facilem aliquot modis admittunt. v. 537 unius litterulae correctione supplementa removi et offensionem sustuli, quae erat in verbis ἄλγους μετέχουσαι. friget hoc mirifice ac languet de mulieribus Persicis dictum, quarum in eo luctu et planctu longe maximae partes fuerunt. poeta non invenuste dicit ricas et velamina discissa et lacrimis perfusa luitura malum atque in partem ventura esse. κατερείκεσθαι significatu activo sine exemplis non erat: passivo autem accipiendum est. quae inde a v. 541 ad 545 sequuntur, paullo iam melius, quam antea, adhaerent, si ἁβρογόοι apte explicetur: sunt tamen elocutione turgida et ex antistr. ε′ parodi praepostere ac prope insipienter huc inlata. si resecantur, quod restat versuum eo fere numero erit, qui est Ag. 340 Sept. 802 H. v. 546 satis apposite sequetur 540, adhibita ea, qua pridem opus erat, medela: νόμους aliquot Suidas commemorat, lugubrem Aeschylus Choeph. 809 H. initio strophae et ant. α′ libros secutus sum, Hermannum, tum Princium (*Étud. p. 75*). media earundem parte interpunctionem mutavi, in antistropha scholiasta auctore. neuter versiculus, 553 aut 563, priori adiungi potest, quin sententia vacillet et languescat. si in stropha scriptura Laur. admittitur, aut si post alteram librorum saec. XIII interpungitur, occupatur id quod in antistropha praecipuum est. praestabit βαρίδεσσιποντίαις referri ad ἀβλαβής activo sensu, quo legitur Eum. 282, 466 H., *qui navibus non nocuit.* in antistropha νᾶες versus 560 intelligantur oportet eaedem, quae antea, siquidem, quod puto, πανώλεθρος et quae eiusdem etymi vetustioris sunt commatis omnia, collecta apud Lobeckium ad Phryn. p. 705, non nisi passivo significatu usurpantur. scholiasta B et editor quidam egregius secus statuunt. neutra tamen interpretatione neque ulla correctione versus proximus commodius superioribus accedit, quam sequentibus; locutione, nisi fallor, ab epicis desumpta, apud quos οἷον δή, οἷα δὲ καί orationem continuant: Il. 17, 587; Apoll. Rh. 3, 381. versus 565 aliquot modis conciliari poterat. initium strophae secundae ex emendatione Blomfieldii dedi.

P. XIIII (vv. 572 ad 615) scriba Laur. praeter scripturas tres vv. 576 582 607, quas prope solus servavit, pleraque satis mendose et indiligenter perscripta dedit, vix tamen ut in gravioribus, velut illo ἔρα 580, dignosci possit, num ipse corruperit. v. 594 quod exaraverat ἀλκᾶς, refinxit ἀλκῆς, usus fortassis varia scriptura adno-

tata. v. 609 ἐςτείλατο vix ipsum ex eo, quod est in antiquioribus meis, ἔςτειλα τῷ παιδὸς πατρί, induxisse putaverim, quod Tricliniani inde fecerunt ἐςτειλάμην, qui diversam a Laur. originem habent. alterum aeque puerile interpretamentum ex margine irrepsit v. 589, quod non ita legit scholiasta, nec habent libri recentiores; at deprehendisse videtur in archetypo codicis Laur. diorthota, qui in scriptura primae manus Laur. ἄρξονται βαςίλεια· ἡ βαςιλικὴ nihil correxerit nisi accentum, βαςίλεία, scilicet alterius scholii adminiculo, omisso ι, pro βαςιλείᾳ, fortassis etiam accentu ipso altero desumpto ex archetypo, cum in meo Vaticano βαςιλεία extet: in reliquis omnibus βαςίλεια. idem diorthota permulta supplevit et emendavit; nam quindecim tantum versus vacuos reliquit additamentis suis, desumptis sine dubio ex archetypo, quod conveniebat cum libris recentioribus. interpunctionem tantum fortassis aliquotiens ex arbitrio posuit et ante eam graves erexit. altero exemplo non usum, indicio est ζήτει ad vv. 579 et 607 adpositum. restant satis multa, quae rectius, quam in Laur., extant in meis libris, aut omnibus, ut 576 594 606, ubi Laur. τοῖα, 610; aut omnibus praeter Venetum priorem, 598 602; aut Veneto priore et noviciis, 577; aut uno tantum novicio 586 588 591, duobus 604.

Praeter emendationes tres parvae rei Porsoni et Blomfieldii, vereor ut satis recte omnia habeant. v. 576 ἀλὶ δεινᾷ nimis ieiune dictum non optime convenit cum τᾶς ἀμιάντου: ἀλὶ (ἀλὶ ma. pr.) δεινὰ scribi potuit pro ἀλιδεινεῖς, ἀλιδινεῖς, quae vox est apud Dion. perieg. 908. v. 582 aut 583 medelam requirere videntur. v. 584 Meinekii Ἀςιανάν recipi prope oportebat. v. 600 quod idem vir summus temptabat δεῖμ᾽ ἄγειν pro δειμαίνειν, premitur eodem incommodo, quo pristina interpretatio, quod πεποιθέναι subiectum non habebit. scripsi igitur secundum lemma Hesych. Βροτήςια· ἀνθρώπεια. καὶ ἀνθρώπινα, quod cum facile in βροτοῖςι abisset, ν instructum puto ab interpolatore saec. XII.

P. xv (vv. 616 ad 659) primae manus crebri et inepti errores aut ab ipsa correcti, v. 617 ξανθὲς 633 μακαρίςτας, aut a diorthota, 618 632 πέτρας, 615 fidem tamen vix faciunt, scripturam eam primam manum fuisse v. 656 ὑπεδώκει et correcturam ὑποδώκει, quod fecit, si in archetypo fuisset, quod diorthota infersit, εὖ ἐποδώκει. ea est scriptura librorum meorum omnium, quam diorthotam censeo in lemmate scholii, quod omisit, invenisse. usurpati ab eo alterius archetypi alia certe desunt indicia. quod v. 651 deleto qui in

δαρείαν a pr. ma. accentus erat, duos dedit, δαρείὰν, voluit fortasse δαρείᾶν', ut in duobus meis est δαρειᾶν, sed secutus est duplicem scholii opinationem; quem admodum eodem v. οἷον fecit quod, quidquid fuit, aliud erat. quae intacta reliquit, potuit in archetypo reperire. extant ea emendatiora in meis libris omnibus vv. 621 640 635 650 652, 657 βαλὴν bis, scholiasta p. 85, 2 et 4 βαλλῆνα et βαλλήν praebente, quae Herodiani fuit scriptura; alteram tuetur Hesychius, Plutarchi loci apud Eustathium exscripti, Lobeckius paralip. p. 191. versum 648 salvum sistit cod. Mediol. saec. XIIII, cui Triclinianus unus accedit, idem qui solus ex meis 641 μεγαύχη suppeditat. hunc et alterum Mediol. saec. XIII secutus sum v. 624. τᾶcδε 622 sine libris scripsi. poteram admittere ex uno antiquiore libro 625 δ' et alia quaedam: nolui 633 μου e duobus et totidem Triclinianis ad amoliendam figuram Homericam, de qua adnotavi in prol. Apoll. p. LXXXVIII. κῶλα metrica in Laur. eadem qua plerumque diligentia sunt servata, in recentioribus partim copulata, ut in archetypo Laurentiani fuisse videntur, partim confusa.

Anapaestorum partem hic quoque circumscripsi, quorum ultimus versus nec a diasceuasta ita scribi potuisse videtur: fortasse habuit θνητῶν πάροc. disputavi in libro, quae in ipso choro ad evocandum simulacrum spectent, vix differre ab eis, quae Choeph. 453 483 489 490 more tralaticio dicuntur; consilium fuisse videri, ut praeter expectationem Darius appareret; non apte vv. 628 ad 630 precari chorum quae 640 iterentur; systemate ipso non opus esse longiore, quam est Suppl. 609 H. versuum 636 645 egregia sunt Dindorfii supplementa ac recipi poterant. v. 650 Brunckius sanavit: codd. mei vetustiores ἀνίη, Tricliniani ἂν εἴην. versum eum dirimunt post ἀναπομπὸc prima manus Laur., quae deinde ποc expunxit, a πὸc novum κῶλον orsa est, Ven. saec. XIII et unus recentior: post ἀνίη reliqui mei vetustiores. hi omnes omisso altero 'Αϊδωνεύc quae restant in Laur. ad finem strophae, κῶλον faciunt; duo Tricliniani dividunt post δαρεῖον. sunt hi eidem, qui v. 281 ita scriptum dabant, ut Πέρcαιc glossema intelligeretur. eodem modo hoc loco scriptum fuerit in archetypo aliquo

ἀνείηc ἀϊδωνεὺc δαρεῖον
οἷον ἀνάκτορα δαρειᾶνα ἠέ

super δαρειᾶνα posito glossemate, quod partim irrepsit inter verba poetae, partim locum mutavit cum ἀϊδωνεὺc, ut supra δάοιc πέρcαιc fuerunt transposita. rem ipsam hic quoque pridem perspexit Her-

mannus el. doctr. m. p. 714; quae redibit v. 961. Dindorfii δῖον pro οἶον non multum aberat, quin suspicarer in obfuscata paululum Laur. scriptura adesse: ἀνάκτορα egregie restituit. scripturae Δαριᾶνα nullum in meis libris, ne v. 662 quidem, ubi Laur. habet, vestigium est. inde pendet versus 656 emendatio; quam Dindorfius ceteroquin oppido bonam dedit. posui vocem Herodoteam; plusquamperfecti efficaciam esse putabam in elevanda postremorum Darii annorum infausta memoria, quae epodo continetur.

P. XVI (vv. 660 ad 705) scriba quaternionis, in extrema parte laboris, solito eorum hominum more plurima pervertit. dedit v. 664 ἀκακε δαρ ι ανοὶ, 675 ταῖς-αῖ δί δυμα δι αγό εν' ἁμαρτια, 679 ἐξ έ-φηντ' 680 ἄναες ἀνᾶες, 682 πόλεις, 687 αγογοῖς, 693 ἐν βριθὲς, 698 μῆτι, 705 των αφέστι μοι, omisit 697 vocabulum πεπεισμένος, praeter minora magno numero et quae apud Hermannum ad vv. 679 689 693 695 H. recte — nisi quod de 677 infra commemorandum erit — adnotantur. ea cum ex magna parte a diorthota attrectata, suppleta sint, non nihil interforet sciri, num ad id alio libro quam quo ipse scriba, usus fuerit. velut in v. 664, ubi fecit δαρειὰν. δῖ, si ex eodem libro ει in ι mutavisse putemus, ut novissime scripsit Dindorfius, ει fuerit scribae error, ut est 682; si ι fuit a prima manu, ut ego enotavi et Dindorfius in libello 1858 pp. 30 et 8, optabilius est ad rem quae agitur, ut ει ascitum fuerit e codice minoris pretii, scilicet eo, qui perversa illa, 670 νεολέα 692 τάχυνα, ut mei plerique habent, suppeditavit. nihil explorati est in eis, quae verbis continuatis a secunda manu, ut superiori pagina, inserta sunt, 675 δι αγό ενδ' ἁμάρτια incluso littera δ apostropho aut coronide, quae aderat, eademque post eam repetita, 677 687. quae autem supra ascripta sunt, ut η super utrumque α in ταῖς-αῖ 675, οι supra η in φηντ' 679, habeo cur eadem exilitate adnotata in archetypo fuisse putem.

Laur. neutra sua manu praeter orthographica quaedam saec. XIII corrumpi solita quidquam servavit, quod absit prorsus a libris meis, quorum vetustiores leviora illius menda devitant omnes vv. 679 682 688 693 694 705: τιάρας 661, ὀρθιάζοντες 687, τί δ' 693 Tricliniani tantum nec omnes, qui etiam soli 701 δίομαι et φάσθαι et 664 omisso τε. in locis difficilioribus omnes consensu afferunt quod propius vero sit quam Laur., δυνάστα 675, δϊάγοιεν 677. in reliquis aut sequuntur ipsas Laur. minutias, aut eius discrimina, ut 692, aut discedunt in scripturas bifariam traditas, ἁμάρτια ἁμαρτία

677, μακις μακες 698. uno loco vetus eius modi scripturae discrimen intercidisse videtur: quid v. 678 sub triplici rasura lateat, quae est in scriptura primae manus πᾶσα...γα...τα...δε, eraso super vocula secunda gravi et restante super tertia dimidiato acuto — nam triplex ν, quod Dindorfius statuit, non fuisse videbatur — ex libris meis non liquet, quorum vetusti omnes magna in prosodiae varietate ipsum illud ι quod diorthota intulit, omittunt. κῶλα metrica mirifice dimensa Laur. egregia diligentia servavit, recentiores omnia turbarunt, v. 666 tantum ita dant, uti exhibemus.

Duo potissimum restant loci, ut credi solet, insanabiles. de altero rectissime iudicavit, sed medelam desperavit Dindorfius libelli p. 35: alterius operosius temptati exempla extant apud Hermannum et Dindorfium. In versus 665 argutiis byzantinis amoliendis — quae casu quodam metri speciem induerunt, nam τε ante κλ vix usquam producitur, corripitur 107 500 897 — adnitendum erat, ut strophae dochmiacus βαλὴν ἀρχαῖος, quo praeter hunc locum et Eum. 263 poeta abstinuisse dicitur, aequabilem responsionem haberet. vox, quam induxi, Cypriorum dialectus est pro κασιγνήτης, apud Hesychium servata, ubi videndum. potuit significatu translato aut laxiore usurpari, ut grammatici κασιγνήτους Homeri Il. Ο 545 Ω 47 ἀνεψιοὺς interpretantur et κάσις, ἡλικιώτης est apud Hesychium. cognationem chori cum rege πατρωνύμιον γένος v. 146 notabat; ἥλικες, ἡλικία a Dario aliquoties audiunt. νέατα scripsi, sensu paulo diverso ab usu Sophoclis et aliorum, congruo tamen cum locutione, quae est v. 315. In epodo prope nulla opus esse verborum mutatione mihi persuasi: altero δυνάστα expuncto opus esse non putavi; alterum feci δυναστείᾳ: διδύμα sumpsi a codd. meis duobus saec. XIIII exeuntis; δι' ἀγοῖν una littera differt a Laur. meisque, γὰρ pro γᾷ potest vel adeo videtur latere sub rasura Laur., δ' ἁμαρτία in meis plerisque inveni, quod docti viri saec. XI aut multo antiquiores sine dubio voluerunt accipi pro δὴ ἁμαρτία, et postremarum syllabarum synizesin probarunt, qualis in καρδία Aeschyli, ὄργια Eur. Bacch. 989 et aliis quibusdam tradita videtur. quod dicitur, hoc est: *quid videbitur esse illud tuo in dominatu duplex* — in Atho monte et Marathone — *ab imperatoribus contractum sane infortunium* — Mardonius et Datis cum Artapherne indicantur — *prae hac navium omnium clade?* — versum 702 emendatione indigere, quae Hermanni erat sententia, non putaverim. ἀντία λέξαι et ἀντία φάσθαι ita differunt, ut cum hoc accusa-

tivus δύcλεκτα sit iungendus, cui λέξας, *quae iam dixi*, prolepsi quadam non insolita adiectum est. sed videtur hinc confirmari quod coniciebam, chorum non expectasse adpariturum Darium, ἀνακαλεῖcθε v. 621 intellexisse, prout dicitur Soph. Trach. 910, alibi, non uti καλεῖcθε est v. 688, versibus 659 sqq. piae memoriae potissimum significationem inesse.

Pagina XVII (vv. 706 ad 748) prima est earum, in quibus litterarum et apicum, liturarum et manuum acriore etiam quam antehac vestigatione opus est, quia diorthoseos, quam in priore quaternione nuncupavimus, longe diversa est ratio. idem enim homo ex eodem libro, ex quo superiora, emendavit quae a prima manu scripta invenit et scholia adiecit: sed prima ea manus plane est diversa et satis certis vetustatis notis insignis, estque usa archetypo multo antiquiore, quam quem reddit quaternio primus. manus secunda abhinc recensionis saeculi, ut puto, XII, quam eandem sequuntur libri posteriores et scholia, discrimina adnotavit in membranis, quibus paradosis saeculi XI nondum usquam interpolata satis negligenter, sed utiliter admodum servata est: de qua re expositum est libri maioris pp. 5 ad 16.

Nulla fuisse videtur primae, quae nunc appellanda est, manus diorthosis saeculo suo ex archetypo aut suo aut alio. ipse librarius inter scribendum quaedam emendavit, ut v. 734 δέ in δὲ, πολῶν in πολλῶν, 744 ειδὼν in ειδὼc, interdum scalpro adhibito, ut v. 729 mutato φθαρτε in φθαρται, alibi. manus secunda prope septuagies scripturas aut intulit aut adnotavit, quae extant in libris eis, quos paginis superioribus cum utraque Laur. manu convenire vidimus. congruunt haec etiam 735. differunt tantum haec, quod v. 735 secunda manus ex τελευτᾶι aut τελευτᾶ effecit τελευτᾶν, cum omnes mei sequantur primam Laur., et quod 744 manifesto, 721 et 726 ambigue, ut interdum solet, fecit ἤνυcεν, non mutato quod 748 a prima manu, si recte legas, scriptum invenit, ἥνυcεν. quod v. 724, non 726, ut apud Dindorfium est, primae manus ὧδ' mutavit in ὥcδ', videtur spectare ad id scripturae discrimen, cuius pars fuit γνώμη, in libro non recenti meo quod inveni. repperimus talia etiam in superioribus, tradita sunt hic in scholiis ad v. 736: apparebunt abhinc certius antiquioris codicis testimonio. v. 709 εὐτυχῆ πότμον et εὐτυχεῖ πότμῳ non tantum alternant in meis libris, sed prima manus Laur. scripsit εὐτυχεῖ πότμον, secunda aut prima correxit:

versu proximo quid actum sit, mihi non liquet; prima manus ὼ (cum rasura subter gravem) cἕ-ω ς' habet, altera ὢ dedit, reliqui libri praeter unum satis bonum ὡc ἕωc ἔλ praebent. putabam veterem scripturam fuisse

ὄλβον, εὐτυχῆ πότμον
ὡc, ἕωc τ' ἔλευccεc αὐγὰc ἡλίου, διήγαγεc κτλ.

sunt eiusdem modi 713 λόγῳ, quod duo mei non vulgares habent; 730 κενανδρίαν, κενανδρία,c, ut mei, κενανδρίᾳ, ut Laur. fortassis, non κενανδρίαν, habet; 731 κενῆc omnium meorum et fortassis scholiastae; 733 οἵων unius; 740 ἐπέcκηψε trium; 741 ἐκτελευτῆcαι quattuor meorum. non haec interpolata videntur, ut est fortassis 720 cτρατηλάταιν omnium prope, sunt 729 δὲ πᾶc cτρατὸc, 738 τούτω γ' non vulgarium meorum. ἐντύχοι 706, 720 cτρατευμάτοιν non nisi in Triclinianis comparent, suntque spernenda: εἰπεῖν ἔποc 714 eidem recte habent. praeter κλῆcαι 723 et Herodianea quaedam, quorum enclisin in praesens omisi, prima Laur. manus peculiare bonae frugis nihil habet. ex Mediolanensibus solis recepi ὧc 745.

Inter ea, quae secunda manus corrigere neglexit, scriptura v. 730 ὡc ὀcῶν fuisse videtur, quae aegre dignoscitur sub correctione recentissimae tertiae manus ὡccούcων. nescio an nimium tribuerim huic primae manus testimonio, cum illam scripturam superesse sum suspicatus ex versu, cuius pars posterior interciderit eodem modo, quo supra Porsonus iudicavit in v. 321. certum est ex illa, quam supra feci, computatione hic quoque in adesa aut eluta parte archetypi turbari potuisse a librariis, nec locutionem in v. 730 satis esse perspicuam. si duo versus in unum contracti putentur, exciderit oportet tertius, in quo alius cuiusdam clarioris Persarum gentis aut oppidi nomen adfuisse coniciebam. nam Susorum et Bactrorum mentio exilior erat, quam pro re nata. feci interim quod potui, et pro illo γέρων, quod explicatum nondum est, omnium librorum, eius modi nomen, quod apud Strabonem p. 728 cum Susis Persepoli et Pasargadis coniunctum est, reposui.

Alteram emendationem versus 736 temptavi. nam qui pro μολεῖν legerunt φυγεῖν, non videntur legisse γέφυραν accusativo casu. duos pontes fuisse in Hellesponto satis notum ex Herodoto 7, 34, 36, 55; 8, 108, 110, scholio Arist. equ. 84: quod ignorare non potuit Aeschylus, etiamsi illo tempore eis usum Xerxem falso credidit; Her. 8, 117, 120. sed idem narrat funes eorum pontium

Athenis in fano aliquo fuisse consecratos, quos vidisse poetam credi licet.

P. xviii (vv. 749 ad 791) manus prima festinationis et neglegentiae tot et tanta argumenta dedit, ut credibile vix sit emendationes quasdam cum rasuris partim spatiosis, vv. 773 785 786, ab ea esse profectas. manus secunda, quae evanidam iam tribus locis scripturam repertam instauravit, iterum sexagies fere scripturas in archetypo suo aut scholiis inventas, quae pleraeque omnes sunt etiam librorum saec. XIII, intulit. differt tantum v. 752 quod a manu secunda extat ἁρπαγῆι, adiecto ι et parte circumflexi ad scripturam primae manus ἁρπαγή, tamen ut acri oculo opus sit ad discernendum additamentum. credi possit ἁρπαγῆι desumptum esse ex verbis scholii μὴ ὁ — πλοῦτος ἁρπαγῆ — ὑπὸ τοῦ φθάσαντος, quem admodum v. 774 variae scripturae, quas manus secunda adnotavit, μάρδις et πάτρα — πατρι, ut videbatur, primae manus correctum est πάτρηι — debentur scholio p. 87 l. 5; nisi id tamen nimiae incuriae fuisset. v. 781 προσέβαλλον, quod secunda manus adiecto altero λ voluisse dare videtur, non est in melioribus meis: sed adiectum est in Laur. eo modo, quo si in archetypo fuit, potuit spectare ad emendandum πολῶ v. 780, quod a prima manu scriptum, a recentissima correctum habet Laur. sed supersunt manifesto hic quoque scripturae primae manus Laur. in meis libris, quae ex illo numquam depromi potuerunt: v. 752 ἁρπαγή omnium praeter unum, qui ἁρπάγη: 786 codex saec. XIIII ineuntis, qui etiam solus 754 μέγα servat, habet πλήγματ', scripturam minime ineptam, cuius λ satis bene sub rasura Laur. dignoscitur. sunt igitur nec vitia alia, in recentioribus recidiva, 771 ἤλασε, 778 780 πολλὰς συν, ex Laur. nostro translata, nec a manu secunda corrigi poterant. abstinuit eadem ab orthographicis nonnullis, τῆνδε, ἠχθηιρεν 772, aliis, reliquit νόος 750, quod recentior manus correxit. φανεῖμεν Laur. solus servavit: ex recentioribus nihil paulo gravius recepi.

Emendare temptavi 761 ἐξεκείνωσεν, quod scriptum est a librariis, ut v. 805 μείμνουσι, cum alibi, ut etiam Hesychius, ad κηνύσσω aberraverint. verbum usurpatum a poeta Choeph. 192 H.; significatus nondum satis perspicuus vix tamen videtur ab hoc loco alienus. v. 779 ea, quam dedi, mutatione intellexerim de sortitione coniuratorum, quam commemorat Herodotus 3, 83, τοῦπερ ἤθελον, *quae in fatis erat*. v. 782 ingeniosam exhibui Meinekii emendationem, prae qua displicebat παῖς νέα νέος νέων φρονεῖ, fere ut

v. 1041 κακὰν κακῶν κακοῖς. restat dispiciendum de versibus 767 et 778, quos aliter non putaverim posse iudicari, quam ab Hermanno factum. Prince (*Études p. 131*) versum 767 de Cyaxaris, quod Herodotus tradit 103, strategemate, quo Scythas obtruncavit, interpretatur. verba id fortassis patiuntur; narrationis tenor non patitur in re eius modi peculiari subsisti. scholia duo p. 86 l. 26 et 27, ab utraque parte versui 767 adposita, testimonio sunt, ante eum versum Artaphernis nomen olim fuisse lectum. admonemur eum locum, quo postremum excidisse quaedam putari poterant, versum 730, ipsis xxxvii abhinc distare. versus 767 ultimus fuit paginae undecimae adversae, siquidem nihil deperiit. periit fortassis nihil de pagina legitima, at aliquid eorum, quae in margine inferiori scripta erant. in margine dextro et imo scriptos fuisse suspicor versus quindecim, quos librarius cum paginam sequentem a v. 779 exorsus iam esset, omissos a se inter 766 ct 767 intellexit. omisisse puto, quod vox ἤνυσεν eum quoque versum claudebat, qui erat ante 767. eorum versuum novem priores in margine dextro, qui infra versum 758 latius patebat, scriptos fuisse credibile est exadversum vv. 759 ad 767: restabant sex, qui bipartiti marginem inferiorem complebant, vv. 777 et 778 prima linea quodammodo continuati, binis aliis utrimque subiunctis, qui interciderunt: qui v. 777 sequebantur, quinque nomina coniuratorum continebant; qui v. 778, laudem Artaphernis prudentiae, qui nulla sua ambitione, ut Otanes Herodoteus, de sorte ducenda ut inter socios conveniret, perfecerit, ἤνυσεν. ad indicandum quattuor strigarum ordinem praeter signa solita adiecti erant numeri eorum, qui nominantur aut indicantur, Α̅ et Β̅ in vv. 765 766, Γ̅ ad ς̅ in margine dextro, Ζ̅ ad ΙΑ̅ quinque coniuratorum in versibus, qui in imi marginis parte sinistra perierunt: hi numeri insuper habiti sunt a librariis, sed mansit in Laur. a prima manu v. 778 supra μάραφις scriptus ΙΒ̅. cum v. 767 hoc indicio careret, facile alterum signum, quod in extremo v. 766 additum erat, negligi, supplementum illud versuum quindecim post 767 inseri potuit.

P. xviiii (vv. 792 ad 834) idem librarius eadem vel maiore, quam in superiore pagina, socordia usus, qui accentus innumeros omiserit, aliquotiens pro eis puncta posuerit, qui v. 816 ἅιματος, quod in codicem saec. XIII transiit, 818 σπόρρω, 830 εὐλόγοισιν ὀυ θετῆμ dederit, inter scribendum paucula correxisse videtur: v. 803 ἐκκριτοῦ aut ἐκκριτῶ cum scripsisset, rasura adhibita ἐκκριτ..ον dedit: 805 nisi μείμνουσι scripsit, μέμν scripturus fuit.

secutus tamen archetypum esse videtur in proclisi praepositionum omnium, in notanda ἐκ πλήρους scriptura 807 ὕψιστα, simplici α superposito, quae in codice saec. XIIII scripturae facta est diversitas; in eo, quod v. 828 scripsit, ἔσθυνος utile servavit indicium, archetypum suum non fuisse exaratum litteris uncialibus. recognitio nec hic ulla fuit, antequam scriptura, quamquam paulo, quam superioris paginae, luculentior, et ipsa aliquot locis iam evanida diorthotam, ut ex litterarum quibusdam formis apparet, primi quaternionis nacta est, qui satis operose tredecim tantum versibus praetermissis reliquos correctionibus opplevit, quas tribus paginis libri mei enotavi. graviores sunt, altera v. 794, ubi prima manus ὑπερπόλλους habuit, Hermanni coniecturam, litteris λλ ita contractis, ut posterior alterius tibicen desit, id quod in v. 330 et aut 809 aut 824 eodem modo fit; interpolatio recensionis saec. XII illata est, quae etiam libros meos vetustiores, inter quos Venetum priorem, insedit. altera est 816 πέλανος, non deleto, qui a prima manu aderat accentus, πελανὸς, de quo discrimine dixi supra p. 39. et hoc et πιμπράναι 810 est in recentioribus. in rasuris quibusdam amplioribus, vv. 796 823, quid deletum sit, non liquet. relicta sunt mendosa multa, quae sine negotio ex libris meis, multoque, quam adhuc factum est, certius emendantur: 795 ἐυστελῆ, ita enim, quod sciam, Laur. et unus saec. XIII, ex reliquis id aetatis; 796 τρόποις ex omnibus, ut et 806 φίλος, 817 πλατέων, 819 σημαν, quod diorthotam neglexisse scholion arguit, 826 ἐγχέῃ, si modo recte ita ex Laur. descripsi. 811 θ' Tricliniani tantum praebent: 817 δωρίδος duo saec. XIIII; malui eos sequi, qui δωρίας supra ascripto δος habuisse videntur. quae restant 815 819, sine libris sunt correcta. post v. 803 excidisse quaedam Hermannus coniecit: potuerunt profecto, si quae de supplemento superioris paginae disserui, quod facile patior, nimis dubia habeantur: namque versus XXXVII intercedunt. sed tamen omissum Xerxis nomen vix plus habet offensionis quam vv. 722 723 733.

P. XX (vv. 835 ad 875) primam manum inter scribendum aliquotiens sese revocantem rasura usam uno in loco manifestius est, quam antehac. servavit proclisin praepositionum et ad v. 857 παράγραφον, qua initium antistrophae indicatur. scripturae eius manus, quae apud Hermannum minus recte enotatae erant, partim a Dindorfio sunt prolatae: ipse notavi v. 854 sub correctione secundae manus latere γαραιὸς aut γηραιὸς, v. 854 eodem modo ἄρχε, v. 857

videri fuisse cτρατιᾶc. v. 859 non νόμιμα τά, sed νομί||ματα Laur. habet sine ulla correctione, et 864 a prima manu, quod satis bene apparet, ποταμοῦ οὐδ' || ἀφ', litteris ουδ erasis, spiritu et apostropho relictis et δ' adiecto in margine versus proximi. reliqua, quae manus secunda attrectavit, praeter quidem accentum additum in ἧδε eraso gravi in δὲ v. 846 et adscriptum η supra α in ἕλλαc v. 874, et praeter interpunctionem additam, quae ter aut quater olim tantum aderat, menda sunt, leviora plus viginti, graviora prope triginta, quorum correctio a libris recentioribus non recedit. illata scilicet est recensio saeculi XII, quae scholiorum parte quadam illustratur. cτρατιᾶc v. 857 ab interpolatore illo introductum est, quia εὐδοκίμου erat in paradosi vetustiore: id byzantino artificio explicatur suppleto διά, uti suppleto κατά νομίματα, nisi forte scholia l. 13 est 14 argumento sunt, legisse iam tum hominem, quod inferre oblitus, νόμιμα τὰ πύργινα, ut in libris duobus saec. XIII et XIIII est. vox ὁρμῶμεν l. 9 spectare videtur ad correctionem v. 860 secundae manus ἐπέθυνον; scholion l. 17 excusat, quod v. 864 novatum est. attamen scholii l. 14 vox ἐπολιτεύοντο interpretatur vetustiorem scripturam ἐπεύθυνον, erasam pertinaciter in Laur., servatam in libris meis vetustioribus omnibus. eidem tota pagina multa suppeditant, quibus deletae in Laur. bonae scripturae redintegrantur, aut manifesta, quae restant, vitia emendantur; quaedam etiam utilia novicii a Triclinii inventis non alieni praebent. v. 836 ραγοῦcιν rectius est in omnibus; 845 ἐcέρχ in duobus noviciis; 854 γηραιὸc in tribus saec. XIIII et uno novicio; 855 πανταρκὴc in duobus saec. XIII, in altero τάρκὴc, et uno novicio; ἀκάκαc in uno novicio; 856 ἆρχε in tribus saec. XIII et XIIII, uno novicio; 857 εὐδοκίμου cτρατιᾶc in lemmate cod. Vaticani et uno novicio; ἀπεφαινόμεθ', quod scholion l. 12 novisse videtur, alterum Vaticani habet, in uno codice saec. XIII et altero novicio; νομίcματὰ in eodem saec. XIII; 862 ἄγον tres ss. XIII et XIIII; 864, 865 ἅλυοc ποταμοῦ || οὐδ' ἀφ' in utroque Mediol. et duobus noviciis; reliqui ut Laur. ma. sec.; cυθεὶc in duobus s. XIII, uno 's. XIIII, noviciis tribus; 870 θρηϊκίων in duobus ss. XIII et XIIII, uno novicio; 872 ἐληλαμέναι in uno s. XIII et duobus Triclinianis; 874 ἕλλαc τ' in uno novicio.

Emendationes temptavi duas. v. 850 vocabulum apud Apollonium Rhodium non infrequens, ignotum librario, non data opera interpolatum, sed perperam lectum fuisse putavi. ὑπαντιᾶν, quamvis usus recentis, cur Aeschylo indignum esset, non videbam; solent

librarii, si bene memini, insolentiorem aliquam vocem interpretari ea, quae notior antecessit: supra ascripserunt ὑπαντιάζειν versus 834, uti v. 729 ad λαὸς repetierunt στρατός versus superioris. alteri tamen v. 875 magis confido. εὐχόμεναι, quod libri mei vetustiores non habent, sed ἐχόμεναι aut leviter interpolatum αὐχόμεναι, certe nihili est. ἐυχόμεναι scriptum hac litterae υ forma, v, quae frequentatur saeculo XII, in ipsis scholiis Laur., haud longe abest ab ἐιλλ scripto ea litterae utriusque compagine, quam supra p. 58 commemoravi. scribi potuit εἰλλόμεναι, ut apud Platonem est Tim. pp. 40 B, 76 B. sed ἀπείλλειν, ὑπείλλειν est in locis Lysiae et tragicorum congestis apud Buttmannum lexil. p. 148 150.

Chori antistropham Hermannus egregie praecepta librorum scriptura explicavit, intellexitque sine dubio νομίσματα πύργινα πάντα ita, uti positis virgulis adsignificavi, quem admodum dicit Thucydides ἐς ἀλλοτρίαν πᾶσαν, τὴν ἐναντίαν πᾶσαν ὁδόν; vid. ad 6, 21, 2. sed ita ἠδὲ erit retinendum, cum inter πρῶτα μέν et νόστοι δέ, res bellicas, de legum et morum observantia dici non potuerit: νομίσματα πύργινα,' nominativo casu, sunt quae exercituum cursum direxerunt. in stropha secunda suppleveris ἄνδρας ἐς; sive placet cum Meinekio πάλιν, ἄγον ad eundem accusativum, στρατιάς, referes. strophae secundae tertia egregia Hermanni emendatione metrum expletum est, opitulante κωλογραφίᾳ codicum meorum trium; nam Laur. et reliqui hac parte fidem fallunt. interpretatio haud difficilis videtur, si quidem ea loca, urbes Eon Myrcinus Phagres, a Strabone commemoratae p. 331, ad Strymonem et minores duos fluvios sitae, lacus Prasias et supra eum Drabescus urbs in expeditione, si credi licet scholiastae Aeschinis p. 29, 15, quarto ante commissam hanc fabulam anno suscepta, Atheniensibus innotuerunt.

P. xxi (vv. 876 ad 920) scriptura est solito vel negligentior. manserunt menda numquam correcta v. 897 ἐυκταιάν 914 τῆν νδ': prima manus correxit 880 προσῆμεν... 891 ἰδὲ 895 τροπολεῖς 911 φρόλως. strophae signum idem quod superiore pagina adpositum perperam versui 890. manus secunda in quattuor primorum versuum, quod vacuum relictum, spatio perscripsit οὐ λείπει, versum paginae postremum, qui erat, erasit eademque verba proximo superiori adscripsit; octiens syllabas aut litteras evanidas instauravit; interpunctionem praeterquam locis quinque supplevit, ceterum versus viginti quadraginta correctionibus instruxit, nullo verborum discrimine nisi 879, ubi quod prima manus dederat νάσοισθ', propemodum νά-

coucθ', exarato c ante θ satis exiliter, ut et assolet fieri alibi et interdum luxuriante quasi calamo adicitur atque expungi a manu secunda consuevit, solo circumflexo addito mutatum est; tum v. proximo, in τᾶcδε γᾶc, eraso utroque c et repositis ι. vetera duo scripturae discrimina adnotavit vv. 888 et 906 ἅμα θέντες, e scriptura unciali traditum. libri mei scribunt v. 879 νᾶcοι θ', sed emendant vetustiores quattuor Laur. scripturas 884 894 τὰc, 895 897 918: 905 θεότρεπτα tres et quarti, Veneti prioris, ma. sec. habent. v. 888 ἄνδροc unus tantum egregius Mediol. servavit, qui 913 cum duobus Triclinianis ἐμῶν μελέων praebet, quae, absque illo foret, interpolatio erat iudicanda. alius vetustiorum 879 περίκλυcτον, omnes 889 μεcάκτουc, 900 ἑλλάνων aut ἑλλήνων, ἐλαύνων tantum novissimus unus. Tricliniani illi saec. XIIII, qui κωλομετρίαν saepe vetustiorem in primo quaternione servasse sunt visi, v. 899 ‖ καὶ τὰc εὐκτεάνουc ‖ κατὰ κλῆρον ἰόνιον πολυάνδρουc ‖ scribunt, in quo melioris scripturae indicium latet.

Lenibus Hermanni emendationibus duabus adieci similes v. 879 880 πρῶκα et τᾷ δέ. namque verum quidem est, Lesbum Chium Samum sitas esse ad promontoria Lecton Mimanta Mycalen et a choro τᾷδε γᾷ, Asiae, accenseri posse, quamquam vel hoc vix exspectaveris: Cyclades, quae sequuntur, neque eodem pacto adsignificari potuisse et simili aliqua adiectione debuisse, apparere puto ex eo, quod quae tertio loco ponuntur, ἀγχίαλοι μέcαγκτοι dicuntur, *in alto mari mediae inclusae*, si modo μέcαγκτοc solius Laur. et scholiorum praeter recentissimos quosdam libros auctoritate sese tuebitur. κατάγχει certe ab Hesychio κωλύει κατέχει exponitur. dedi igitur hic quoque πρῶκα ἅλιον eo sensu, quo ποντία, ἐναλία, θαλαccία δρόcοc de mari ipso non est infrequens apud tragicos. emendationi minus fortassis certae Hermanni v. 905 adposui, quam fateor incertissimam. librorum meorum vetustorum unus τάδ' αὖ, φέρ, alter, Venetus, τά δ' ἦν αὖ, sub qua voce ab eadem manu ἆρ latebat, φέρ, tertius τάδ' αὖ supra ascripto 'ἦν, quartus saec. XIIII τάδε φέρ habent. ἀναφέρειν aliquot modis accipi poterit; dativum admittere videtur apud Euripidem, Or. 426 et in locis apud Stephanum adpositis: si displiceat audacia chori, regem incusantis, intellexerim, prout Thucydides usurpavit, τοὺc κινδύνουc ἀναφέρει 3, 38, 3, nullo constructionis, at aliquo elocutionis discrimine ab eo, quod vulgo fertur, πάλμυcιν a θεότρεπτα suspenso. πολέμοιcιν Byzantinos extricasse putabam e vocabulo ionico, fortas-

sis persico, cuius pluralis offensionem non habebit. versum volui esse mensura tetrametrum, ut 904, sed catalecticum et suppressis duabus thesibus, quem admodum in vv. 854 860 observatum video. — lacunam post v. 913 indicavi, quam Hermannus post 914, ex computatione, de qua supra exposui: Dindorfius ἐμοὶ sine libris dedit, constructione eius modi, uti ad v. 633 commemorabam.

P. xxii (vv. 921 ad 964) scriptura primae manus non admodum indiligens, sed et ipsa decolor et, utpote in tergo membranae, evanida a manu secunda versibus duobus prioribus et quinquiens alibi ita redintegrata est, ut v. 923 ἰδου 924 ἀρ addita demum videantur. bis tantum recentior manus idem egit. manus secunda, eadem scholiorum, praeter interductus omnes, diastolas et id genus quaedam, nominum in margine notas quasdam adiectas aut transpositas, spiritus retractatos, viciens fere intulit quae in exemplari suo invenit, non multis, quae in illo rectius fuisse constet, velut 922 ἐγγᾶιαν, neglectis. graviora sunt haec. v. 927 prima manus παν τὰρ φύϲτιϲ dederat, τ ita scripto, ut superior lineola aegre dignoscatur, quae tamen adfuit; quamquam subest littera γ non ea forma, quae simillima est τ, sed altera furcillata, cuius sinistra tantum pars renovata est manu secunda, adiecto superne minutissimo υ, quod num lineolae illi transversae iam adhaeserit, incertum: acutum in πάν addidit manus secunda. v. 935 a prima manu extabat προ φ ϲθόγγουϲ ὀι, secunda expleto ϲ ante θ et eraso utroque accentu datura fuisse videtur, quod scholia interpretantur, πρόϲφθογγον, sed non perfecit diorthosin; scriptura ipsa intercidit in meis libris, nisi quod recentiores tres προϲφθόγγου habent. v. 937 prima manus μαριανδύνου dedit, 945 praeter omissum accentum in τϵ,ϲ–ϵβίζων nihil repperi; 952 λκ in ἑτϵραλκῆϲ in rasura a manu secunda est.

Ex Laur. ipso et solo quod reciperetur praeter illud πάνταρφυϲ, nihil fere erat nisi v. 962 λϵιπον: nam 949 950 ἰάνων etiam meorum Mediol. prior et 961 ταγβάτανα Mediol. alter habet: reliqui τάκβατ, τὰ'κβάτανα. mei libri praebuerunt 921 ἀπέκϵιρϵ vetustiores omnes, 932 πατρώα Mediol. alter, 938 ἰακχὰν Vaticanus membranaceus, non multae fidei, 945 sine τϵ priore Venetus prior, leviora quaedam et aliunde nota omnes. consentiunt cum Laur. vetustiores in personarum notis vv. 928 929 adpositis et in terminationibus doricis inde a v. 922 tuendis, quae paulo ante ionicae aderant; de qua re nondum habeo quod iudicem.

Emendationes necessarias vv. 939 940 944 recepi; receptam ab

editoribus Hermanni v. 924 vix satis certam putavi. alteram eiusdem v. 945 σέβων pro σεβίζων difficile fuerit superare: glossema irrepsit de eo genere, ut στεναγμῶν στεναγμάτων, ὑπαντιᾶν ὑπαντιάζειν, γυίων μελέων, vocabulorum e poetarum lectione ascitorum. reliqua eius loci paulo licentius tractavi, quod minus est refugiendum, siquando nugas Byzantinorum legi eis indiciis persenseris, quae aliquando operae pretium fuerit congestis centuriis aliquot eiusdem commatis locorum male luxatorum ob oculos poni. σέβειν βάρη dici potuit de toleranda ac subeunda planctus aerumna, qualis Choeph. 418 κομμὸς Ἄριος ἔν τε Κισσίας νόμοις ἰηλεμιστρίας nuncupatur et vv. 420 ad 423 H. describitur. vox σέβειν de exercenda ac tractanda aliqua re usurpatur: σέβειν τὸ σωφρονεῖν, ἑταιρίαν σέβειν Eur. Or. 1079, σεβίζειν καινὰ λέκτρα Med. 157, αἱματηρὰ πράγματα σέβειν Aesch. Eum. 707 H. non est magni facere eas res, sed exhibere, usurpare. ea igitur βάρη epithetis fuerunt denotanda, quae sententiam efficerent quam posset simillimam versui 936; nam postquam in stropha moris Bithynorum aut Paphlagonum mentio facta est, hoc loco consentaneum est, ut planctus ipse ille Arius aut Cissius, siquidem Strabone teste p. 728 Susiorum hic chorus fuit Cissiorum, exhiberetur. epitheta igitur dedi, ut potui: λακοπαθές erit *quod miserias clamitat*, ψαλιτυπές intelligetur ex ea voce ψαλίς, quam Lobeckius pathol. el. p. 150 n. 78 ex Hesychio adhibet. γέννα πόλεως πενθητῆρος, *suboles urbis luctisonae,* potest fortassis intelligi γυναικοπληθὴς ille ὅμιλος v. 122; nolui temptare

Ἀρίας γέννας πενθητῆρος,

ut πόλεως illud ipsum haberetur glossema, quod fortassis servatum est in lemmate Hesychiano 7108 Ἀρείας, πόλεως περσικῆς (vulgo πώλους Περσικάς) siquidem Ariam urbem fuerunt qui crederent fuisse: vid. Forbiger, geogr. 2 p. 545. — Quae vv. 960 961 mutavi, ita velim intelligi. κῶλα brevia codicis Laur., quae plerumque etiam in hoc quaternione egregie servata sunt, est ubi hac pagina perperam et inaequaliter sunt divisa; ipsi hi versus antistrophae non respondent. in reliquis meis libris ut plurimum bina κῶλα copulantur, alia quidem in aliis, vv. 961 et 973 in omnibus proximo superiori adhaerent. nihil est causae, quin putetur scriptum fuisse olim, quem admodum fere post coniunctos vv. 957 958 habent mei libri,

καὶ δατάμας ἠδὲ ψάμμις·
σουσισκάνης τ' ἀγβάτανα λιπών·

supra ἀγβάτ, quod ad antistropham non quadrat, vetus scripturae discrimen ἀγαβάτ adnotatum fuisse puto. iam si librarius imperitior neglecta κωλομετρίᾳ ita scripsit,

— — καὶ δατάμας ἠδὲ
ψάμμις· σουσισκάνης τ' ἀγβάτ κτλ,

scriptura adnotata ἀγαβάτ post ἠδὲ exarari, vulgata loci scriptura ita oriri potuit, quem admodum v. 995 Venetus antiquior haec habet:

ξάνθην ἄρειον τ' ἀγχάρην τοὺς ἄνακτας τῶν ἵππων.
δίαιξιν τ' ἠδ' ἀρσάκην ἱππιάνακτας· —

nam quod ἠδὲ apostrophum accepit, ἀγαβάτ compendio syllabae ας auctum est, nihil erit novi. admisi igitur Ἀγαβάτανα, aliunde ignotum, eodem modo, quo supra Δάους; idem probasse video Weilium, a quo Datamem mutuatus sum. non inveni, quomodo Susiscanem, qui v. 34 ex Aegypto profectus esse dicitur, hoc loco amolirer, cum reliqua id genus, quae ferebantur a poeta admissa, in versibus 313 et 321, sustulerim.

P. XXIII (vv. 964 ad 1005) manus primae accentus satis saepe evanidi, litterae aut syllabae duobus tantum locis a secunda instauratae sunt. a prima manu restat v. 1000 οὐ κ'ἀμφὶ solito craseos signo, ut etiam 967 κ'ἀριόμ, leviora nondum notata multa. ab ipsa fortassis correctum est 976 τλήμ, a secunda ἴυγγά 988, quod est in recentioribus, 981 πεμπαςᾶν, 984 τοβάρην, 986 προκακοῦ aut προκακα, 993 μυριοντάρχων, leviora, praeter interductus duodecim, minimum sexagiens ad recentiorum librorum convenientiam correcta. pro eraso ἴυγγα illo manus secunda ὔϊγγα dedit, postmodo in margine γρ. ἴυγγά scriptura minuscula, non scholiorum et alterius id genus v. 1002, adnotavit. eadem manus secunda num v. 1000 et 1004 lineolas, sine siglis tamen, quae sunt in Veneto priore, apposuerit, non satis constat. v. 1002 novae post siglas priores personae, Xerxi destinavit manus prima, quae extra lineam produxit: in reliquis ante v. 1007 nihil est notae.

Utriusque manus in Laur. vitia emendantur in recentioribus haec. v. 972 τάδε π ανερομαν Venetus prior haud dubie. 984 τ' οἰβάρην duo tantum vetustiores et duo Tricliniani. 986 πρόκακα unus vetustior. 991 ἔντοθεν Ven. prior. 995 ξάνθιν unus aut duo recentes. 998 κιγδατ duo. 999 τ' duo tantum Tricliniani habent, 1001 ὄπιθε δ' ἔπ duo vetustiores, ὄπιθεν δ' unus. 1002 ἀγρέται unus recentior. 1003 νώνυμοι plerique mei. 1005 ἔθεςτ' ἆ Mediol.

prior. ex eisdem libris κώλων metricorum responsio in Laur. vv. 964 983 987 988 turbata restitui potuit, simulque intelligi in legitima veteris alicuius archetypi scriptura eas partes omnes, quibus lacunam indicavi, potuisse in marginem dextrum cadere. v. 966 et 973 974 superioribus adhaerere potuerunt, velut in Mediol. pr. 954 adiunctus est v. 953. monometri, ut is qui excidit post 982, iambici 976 989, dochmiaci solitarii ut 985, ubique aut superioribus aut sequentibus longioribus versibus promiscue adiciuntur. semel tantum, v. 991, vitio librarii, qualia nec in Laur. rara sunt, vox μοι non suo κώλῳ scripta fuisse videtur. v. 985 edi volueram ἔλιπες, ἔλιπες, ὢ ὢ [ξυνῶνας vel simile quid] Δάων ἀγαυοῖς; κτλ, voce Πέρσαις eiecta, quod glossema habui, ascriptum ad Δάων ἀγαυοῖς. emendationes aliorum aut qualescumque meas edidi 964, ubi libri mei omnes στυφέλου, 964 966 974 979 992 994 1002; debebam 983 991 Dindorfianas.

P. XXIIII (vv. 1006 ad 1052) prima manus notabiliora necdum notata dedit 1011 ναυβάταν 1013 περσῶν 1045 ἀλγῶι; ascripserat 1009 ξέρξ, quo eraso a sec. positum χο, dederat 1039 γεεδνὸς, 1052 pro υ in ἄυ litteram aliam cum accentu, quae erasa penitus sunt. manus secunda septiens quae evanida iam repperit, instauravit, versum 1007 in margine ea scriptura, qua edidi, οἶαι — τύχαι·, priore dimidia parte, ad δ usque, in rasura posita, tum v. 1046 vocem χαριν·, in rasura dextrorsum latius producta, adiecit, maximam partem siglarum et interductuum supplevit, prosodiaca nonagiens sexiens inmutavit.

Librorum meorum vetustiores quattuor, qui ad hanc partem pertingunt, a κωλομετρίᾳ Laur. primae manus, quam hac pagina, prout extat, totam exhibui, nusquam nisi versus postremi syllabis quibusdam discedunt: tantum quinquiens bina κῶλα omnes et aliquotiens alii alia copularunt. in scripturis et secundae manus additamentis tres potissimum ita differunt, ut personarum notas a prima manu duo prope omnes, unus plerasque omittant, interiectiones vv. 1031 1043 1047 1051 mirifice varient, et quod praeter omissum solito more ν paragogicum consentiunt in scriptura v. 1045 οἴ μοι μάλα aut οἴ μοι καὶ. notabilis est quartus liber, Florentinus saec. XIIII ineuntis, aut paulo vetustior, cui iam supra fuerunt quae accepta referremus, qui in his rebus multisque aliis ipsum Laur. sequitur, nec tam secundam manum, quamquam v. 1007 examussim, sed

οἶαι τύχαι, reddit, aut quae ab illa relicta sunt, velut v. 1013 περcῶν, quod in aliis meis est περcᾶν, 1015 ὀυ κόλωλεν Laur. ὀυ κὄλωλεν Flor., μεγάλατε uterque; sed ab archetypo Laurentiani originem ducere videtur, quia habet vv. 1009 1032 1039 ξέρξ, παπαὶ, γοεδνὸc, in Laur. a secunda manu erasa aut obducta ita, ut post eius manus saeculum, duodecimum, investigata esse credi nequeat; ante id vero temdus qui Laurentianum describeret, v. 1007 non erat reperturus. scripturae meorum librorum in censum venire possint praeter eas, quas ex Ven. pr. notavit Hermannus, v. 1006 ἄταν, ἄπαν, 1010 νέᾳ, δύᾳ omnium, 1011 ἰαόνων Mediol. sec., 1013 περcᾶν Mediol. pr., 1015 ὄλωλε μεγάλα τὰ περcᾶν Mediol. pr. μεγάλων τῶν περcῶν Med. alter, 1038 δόμους τ' ἴθι Ven. pr. Mediol. pr., fortassis etiam alter, 1039 γέὲδνὸc Mediol. pr. γοεδνὸc Ven. uterque, Flor. Mediol. sec.


Emendatio paginae nonnihil reliqui fecit. Dindorfii correctio v. 1006, maxime ea, quam dedit, interpunctione, explicatum vix habet. versu proximo libri scriptura, quam exhibui, possit fortassis intelligi *quali umquam post hominum memoriam re adversa,* quem admodum de spatio saepe est apud Thucydidem διὰ πολλοῦ, διὰ πλείcτου, 3, 94, 4; 4, 115, 3; 6, 11, 4: ut stropha emendanda restet. v. 1014 πέπληcμαι dedi, ut liber Flor. paulo ante pro πεπλήγμεθ' habebat: ἐκπιμπλάναι τὸ ἱππικόν et πληροῦcθαι ναῦc sunt apud Xenophontem: ad eam copiam et adparatum vestitus impolitia et telorum inopia v. 1018 1020 reciprocatur. v. 1038 metrum et sensus mirifice labant: iambus purissimus requiritur, διαίνειν πῆμα neminem, nisi forte scribam Byzantinum probare potuisse putes, qui partem priorem doctioris alicuius vocabuli, ut est ἀβροπήνων Agam. 667 H., ut esse potuit μανόπηνοc, cui simile μανόcτημοc fragm. 434, more solito deflexisse videtur. vestitum Persicum lacrimis perfundere chorus iubetur. vv. 1039 1047 permutati exemplum sunt fraudis ex negligentia librarii ortae, pervetustum fortassis, sed, quantum memini, non frequentatum. v. 1045 quod temptavi, satis infirmo adminiculo ausus sum, quod sub obducta a manu secunda Laur. vocula καὶ a prima manu κοὶ adesse visum. personarum mutationis notae in vv. 1044 1045 1052 in Laur. sunt secundae manus, desunt adeo in melioribus libris meis: v. 1053 deest vel secundae manus lineola in Laur., quam adesse Hermannus et Dindorfius scripserunt. inde pendet v. 1052 emendatio Hermanniana, in qua futuro μεμίξεται qui locus sit, minus apparet. secutus sum codicem,

nisi quod dedi μέλιομα. neque id neque κέλευμα longiore, quam requirunt, disputatione satis adstrui posse confido.

Pagina ultima (vv. 1053 ad 1075) prima manus in extremo labore negligentior — nam Agamemnonem eadem sed maiore cura et meliore atramento scripsit — dederat v. 1053 μο στον 1057 γοέδνα, 1058 et 1062 uti Hermannus indicavit, 1069 ἰῶ ἰὼ 1070 ἰὼ ἀ, ut est in Mediol. pr., 1071 δὴ τα ναῖ ναι 1071 γοάσθ' 1073 ϊὼ ἰὼ 1076 τοῖς ἐδυσθρ. ea omnia a manu secunda, praeterquam in ἰῶ, correcta sunt prout libri mei habent; in margine ζήτει γόεδνα scripsit. eadem prosodiae partem magnam, quae aut omissa aut evanida fuit, interpunctionis dimidiam fere adiecit: litteram unam exoletam resuscitavit.

Librorum meorum idem Florentinus, qui superiore pagina, ter in interiectionibus cum Laur. facit, reliquis discedentibus. v. 1055 omnes cum ipso Laur., uti recte est apud Hermannum, ἄνϊα ἄνϊα habent; tantum 1061 Ven. alter ἄνϊ', is ipse, qui 1056 solus πέρθε dat. v. 1057 ἄπριγδ' habent Mediol. pr. Ven. sec. et Vatic. sec., 1064 solus Ven. pr.; γοεδνὰ solus Ven. pr. v. 1060 ἔρεικε tres vetusti et Ven. sec. pro var. scr. v. 1062 κατοίκτιζε Vaticanus recentissimus.

Emendatione prorsus supersedi, quae in strophis postremis non uno modo, in versibus inde a 1066 non eo modo dari poterat, quem ubique sequendum existimavi, ut medelae ratio ex corruptelae observatione petatur, neve discedat longius a falso quam librarii solent a vero. poterant duo vocabula fortassis emendatiora dari: malui in omnibus scripturas, i. e. manum secundam Laur. reddere.



Michigan
3/6/42

